# ¶ Tabula quattuoꝛ libꝛoꝝ.

## ¶ Summarium libꝛi de conſolatiõe theologie.

**IN pꝛohemio notã**tur quattuoꝛ cauſe theologice cõſolatiõis que ſunt Spes Scriptura Patientia ⁊ Doctrina. ¶ In pꝛimo metro deflet̃ miſeria ciuilis diſſenſionis. ¶ In pꝛĩa pꝛoſa pꝛimi libꝛi colloquũtur monicus id eſt ſolitarius. ⁊ volucer id eſt nũcius intmedius / ſuper ſtatu peregrini ſeu viatoꝛis / ⁊ de eius conſolatiõe ꝑ theologiã. ¶ In ſecũdo metro ponitur laus theologie in hoc ꝙ eſt efficax conſolari. ¶ In ſecũda pꝛoſa ponit̃ pꝛimo ꝙ theologia ſuam cõſolatõem inchoat vbi et vnde deſinit philoſophica cõſolatõ / ſcilꝫ ꝙ cuncta agim⁹ ante oculos iudicis cuncta cernẽtis. Amplius. ꝙ triplex eſt iudiciũ dei vnde conſurgit ĩ nobis ſpes ⁊ timoꝛ / ⁊ quomodo ſe comitãtur Amplius. ꝙ cum ſobꝛietate poteſt vtiliter recogitari ⁊ tradi conſideratio iudicioꝝ dei in pꝛedeſtinatõne ⁊ repꝛobatõne ſicut fecit apoſtolus. Et deinde qualit̃ oꝛitur inde cõſolatio intima et ſolis expertis cognita ¶ In tertio metro agitur de ſentimento talis conſolatiõis. ¶ In tertia pꝛoſa agitur pꝛimo in ſpeciali ſi cauſa ſit aliqua cur deus iſtũ vel illuꝫ pꝛedeſtinauerit. Deinde cũ qua cautela talis ꝯſideratio in particulari debeat aut poſſit admitti. Demũ quo pacto poteſt quietari ſpes in deo ¶ In quarto metro ponũtur exempla quomodo per tentatõnes non euellit̃ ſpes. ¶ In quarta pꝛoſa traditur pꝛimo in quo ſpes conſiſtit ⁊ ꝙ de nullo hic eſt deſperãdum. Amplius quomodo ꝑ ſummã deſperatõem venitur ad ſpem. ⁊ quãtum ſit vtilis conſideratio diuine pꝛedeſtinationis. Rurſus agitur de coꝛroboꝛatõne ſpei exemplo ſanctoꝝ et quomõ ſtat cum libertate. nec tamen plene poteſt hoc intelligi ſine gratia dei que eſt vnctõ docens de om̃ibus. In quĩto ⁊ vltimo metro ponit̃ comparatio cuiuſdã naute qui ex medijs tempeſtatibus exilit in locum tutũ et ſecretum.

## ¶ De ſecũdo libꝛo

IN pꝛima pꝛoſa ſecundi libꝛi fit ſermo de ſtatu peregrini inter ſerendo de varijs ſpeciebꝫ falſe ſpei. ⁊ addendo ꝙ ex cõſideratõne diuine bonitatꝭ omnia libere gubernãtis. ſumit̃ ſecunda cauſa theologice cõſolationis. ¶ In pꝛimo metro repꝛobat̃ opinio philoſophoꝛum ꝙ deus agit de neceſſitate nature ſicut ſol lumen ſuũ. ¶ In ſecũda pꝛoſa datur ratio cur diuina volũtas nõ eſt dicenda agere ad extra de neceſſitate nat̃e. Quomodo pꝛeterea ꝓcedit aliter theologia ꝙ̃ philoſophia Addit̃ diſtinctio trimẽbꝛis de voluntate humana et de cõfoꝛmitate eius ad diuinã. ¶ In ſecundo metro declarat̃ qualit̃ affectõẽs et induſtrie q̃ ſparſim ſunt in brutis aĩmalibꝫ / collecte ſunt in homine ⁊ in eius ratione cui ſubditur eius appetit⁹ ¶ In tertia pꝛoſa fit cõqueſtio ſuper difficultate quã patitur liberũ arbitriũ in regendo coꝛpus cõfoꝛmit̃ ad rectam rõem ⁊ de modo confoꝛmãdi voluntatẽ humanã diuine exemplo chꝛiſti. Tandem cauſa redditur de varietate iudicioꝝ hũanoꝝ ¶ In tertio metro datur ratõ diuerſificatõnis iudicij rõnis per ſimilitudinẽ luminis viſi ꝑ nubes aut in ſpecul̃ variatis ¶ In quarta pꝛoſa fit inueſtigatio qualiter adiuuat̃ libertas arbitrij Et infert̃ ꝙ nihil eſt caſuale vel foꝛtuitum in oꝛdine ad pꝛimã cauſam. et iuxta quẽ ſenſum ipſa poſſet dici foꝛtuna vel fatum. Addit̃ qualiter ex his que deus inuenitur reuelaſſe ⁊ pꝛeſciuiſſe pulcerrime ⁊ ſalubꝛes veritates eluceſcũt ¶ In quarto metro docemur ſub exẽplo quadruplici qualiter inſequi debem⁹ dei voluntatẽ.

## ¶ Tabula tertij libꝛi

IN pꝛima pꝛoſa tertij libꝛi poſt recapitulatõem inchoat ſermo de cõſolatiõe theologie ꝑ patientiã deſcribendo quid ſit zelus. ¶ In pꝛimo metro docet̃ ꝑ ſimilitudinẽ ignis ⁊ fuliginis ꝙ̃tum periculoſus eſt zelus ſi non gubernet̃ ratione ¶ In ſecunda pꝛoſa deducit̃ hoc idem ꝑ affectus humanos dando cauſam cur zelus turbat iudiciũ velut in ſomnijs. Qualis pꝛeterea zelus eſſe debeat tam in habẽtibus auctoꝛitatẽ regitiuam ꝙ̃ in carentibꝫ ea. Deniqꝫ notantur plures cauſe turbatiue zeli in rectoꝛibꝫ ¶ In ſecũdo metro laudatur vita ſolitaria ſibi vacãs ¶ In tertia pꝛoſa fit ſermo de illoꝝ zelo qui nõ habẽt regimen aliquod publicũ / docẽdo ſub qui

buſdam regulis qualiter ⁊ vbi debeãt vti
vel nō vti zelo ſuo. ¶ In tertio metro do/
cemur ꝙ quilibet ſit cōtētus vocatōe ſua
et ſꝫm illam bñ agat ⁊ ita proderit oĩbꝰ
nec ſe ledet. ¶ In quarta proſa declarat
quō ſolitarius poteſt oĩbus proficere.
Deinde ſubiũgitur ſermo de patientia ꝙ
in ea cōſolatio theologica reponatur.
¶ In quarto metro ponit vtilitas patien/
tie ſub exemplo Job afflicti.

## Tabula quarti li/

In quarto libro proſa prima loqui (bri
tur de trepidatōne conſciētie humane re
ſpectu iudiciorũ dei. Et ꝙ nihilominus
labores aſſumendi ſunt pro republica et
adiutorio aliorũ fundãdo ſe in doctrina
ſacra. ¶ In primo metro datur ratō cur
deus legem naturalē dedit in ſcriptis la/
pideis. dehinc in euangelica lege repeti/
uit. ¶ In ſecunda proſa ponit diffuſe di
ſtinctō de triplici certitudine: addendo q̄
liter intelligi debeat illud Gregorij. Bo/
narum mētium eſt culpam agnoſcere vbi
culpa non eſt. Et qualiter poteſt hoc ſine
mendacio fieri.
¶ In ſecundo metro docemur qualiter vti
debeamꝰ ſcrupulis orientibus ex preteri/
tis culpis.
¶ In tertia proſa fit iterum ſermo ſuper ea
dem re: docendo ꝙ ſerenatio conſciētie ꝑ
ſentimenta deuota nō eſt ſignum efficax
diuine gratie gratum facientis. Additur
de modo ſe habendi reſpectu ſcrupulorũ
conſurgentiũ circa ea que ſunt poſterius
agenda. et qualis certitudo ſufficit ⁊ vn/
de colligitur.
¶ In tertio metro loqtur ꝙ precepta legis
nature ſunt etiã precepta fidei ac leg euã
gelice. conquerendo de erroribus contin
gentibus circa ea.
¶ In quarta proſa loqtur incidēter de the/
ologis ⁊ iuriſtis quales eſſe deberent ⁊ q̄
les aliqui ſunt. Concludendo ꝙ in mora
li negocio nō poteſt vniuerſalis ars tra/
di/ que cōferre ſufficiat certitudinē in ꝑ/
ticulari quolibet agibili/ quin cōſurgere
poſſint ſcrupuli mentis inquietatiui.
¶ In quarto metro docet quomō pax men
tis poſſit aut debeat inueniri.
¶ In quinta proſa ponitur ſub ꝑſona the/
ologie/ grandis oratō cōſolatoria ſuper
caſibus humanis. noĩatim illius qui tūc
franciã cōturbabat. Concludendo ſupre
mũ conſolatiōis theologie gradũ/ in ani
mi preparatōe ad martyrium.

Explicit tabula quatuor libro
rum de conſolatione theologie.

## Nota pro intelle/

ctu huius dyalogi. ꝙ volucer eſt intellle/
ctus diſcurſiuus ⁊ ratiocinatiuꝰ. Moni
cus eſt intellectus meditatiuus ⁊ inquiſi
tiuus. Peregrinus eſt homo cōtemplati
uus ſimul ⁊ actiuꝰ. Pro ſenſu vero litte
rali notandũ/ ꝙ cũ eximius doctor Joh.
de gerſon/ ex concilio cōſtantieñ. recedēs
franciã ꝓpter minas ducis burgundie pe
tere nō auderet Seceſſit in montana Ba
uarie Jbiqꝫ in Rathemberg opido: anno
dñi. Mccccxviij. conſcripto hoc dialogo
introducit volucrē nuncium a ſe peregri
no: ad Johãnē monachũ fratrē ſuũ/ qui
prior celeſtinorũ lugduni degebat/ profe
rentē queãdmodũ ꝑ theologiam ꝑegrina
tionē ſuam conſolet. Et ſicuti Boetiũ de
conſolatōe philoſophie in forma ſcriben
di imitat. Jta etiam cōſolatiōis argumē
tum vbi ille dimiſit: hic cōtinuare conat

Sequitur Liber primus
de cōſolatione Theologie.

# De consolatiõe theologie.

## Liber de consolatione theologie. Incipit feliciter.

a Quecũqꝫ scripta sunt: ait magnꝰ ille diſcipulus theologie Paulus ad noſtrã doctrinã ſcripta ſunt/ vt per patientiã ꝛ cõſolatiõnẽ ſcripturarũ/ ſpem habeamus. Conuenerũt aliquãdo ſup hoc verbo volucer: curſoꝛ leuis explicans vias ſuas. Et monicus in religione degens. Qui vt vidit ꝙ volucer ſibi notiſſimus ad ſe venit de lõginguo. multa quidẽ ſup multis. ſed multa plus plurima ſuper aduena quodã germano ſuo conquirere diſpoſuit. Cuius inquiſitionem ꝛ alterius reſpõſionem. ſequens dialogus explicabit/ ꝛ hoc p quatriduũ ſub tetragono conſideratõnum Que licet ad inuicem cõmunicent. erit tamen appropriatius prima de conſolatiõe theologie per ſpem in cõtemplatione diuini iudicij Secunda per ſcripturam in reuelatõne regiminis mundi: Tertia per patiẽtiam in zeli moderatiõe. Quarta per doctrinã in conſcientie ſerenatõne. Deus aũt patientie ꝛ conſolatiõis conſolet᷑ nos in omĩ tribulatõe noſtra. et det ſermonẽ rectũ in oꝛe duoꝛum. Quoꝝ volucer ſic incipit.

## Primũ metrꝫ primi libri Elegiacũ.

In quo defletur miſeria ciuilis diſſenſionis. Concoꝛdat in genere carminis primo metro Boetij de conſolatione philoſophie.

### Carmina.

Sepe peregrinas volucer tranſmiſſus in oras
Regrediens: patrie menia iam video.
Dulcis aue natalis humus/ tu francia felix
Inclyta pariſius/ nobile palladium.
Heu quid id eſt: ſeuo bellonam cerno tumultu
Ciuili furere/ ſanguine cuncta replet.
Spiritus in medium miſſus vertiginis errat/
Obtruncant gladijs mutuo ſe propꝛijs.
Carceribus trudunt alios: aut flumine mergunt.
Membraqꝫ torturis plurima dilaniant.
Pars que vis dici pietas vult/ publica curans
Commoda: que patrie viſcera rumpit ouans.
Juſticie vultus atrox mentitur erinis.
Rex inuo te clamans regia ſceptra rapit.
Exuperant ſyllam/ cathilinam crimine vincunt.
Uim pro virtute bellicus hoꝛroꝛ habet.
Non pater a natis tutus. fratremqꝫ perire
Uult frater. ſoceri moꝛs venit a genero.
Clerum/ miliciam/ ciues/ ſine lege recluſos
Carcere/ plebs rabida ſicut oues iugulat.
Nullus adeſt noſtre reſpectus religionis
Jura ſepulture denegat impietas.
Quiſquis opes vel diuitias famatur habere/
Obijcitur titulus pꝛoditionis ei.
Eligit hic partem neutrã defendere partis/
Moꝛs vtriuſqꝫ patet innocuus iugulo.
Nec ſatis eſt alijs vni ſe tradere parti/

# Liber Primus

Ni ſe flagicijs conſcelerent paribus.
Quid ꝙ te patriam pulchram violare vocatur
Extera gens: hoſtis te lacerando rapit.
Nulla fides pietasq; manet/ confunditur omne
Fas q; nefas/ regnat horrida teſiphone.
Extremos nonne fuerat iocundius indos/
Aut glaciale ſolum me penetraſſe prius.
Aduena tu felix alia te parte receptans/
Namq; patent oculis non mala tanta tuis.
Uerum monachus hic degit/ ſua clauſtra ſubibo/
Ac de fratre ſuo fecero verba ſibi.

## ¶ Proſa prima libri primi.

### ¶ Monicus.

B Est ne volucer quē video? Et certe is eſt. Dic precor o volucer vnde venis? que noua fers? qualis ad me te modo ſors attulit? ¶ Volucer. ¶ Scito monice. quoniā in cōſtātienſi cōcilio generali. cum germano tuo conuerſatus vſq; ad finalem ſummi pōtificis egreſſum: tandē diuerticula q̄rens exiui cum eodem. qui iuxta cognomē ſuum peregrinus effici maluit in terra aliena/ q̄ ad ſuos huc regredi. ¶ Monicus ¶ Satis eſt o volucer. ſi certum me facere potueris. quid agit dilectus anime mee quid amor cordis mei. Nonne dolet velut exulem ſe fieri in ignota ⁊ longinqua regiōe/ vbi liguā quā nō nouerat audit? Nonne ſubtriſtis eſt/ ſe poni ſub modio vel in obſcuris ſicut mortuos ſeculi. qui lucere ſuper candelabrum fuerat inſtitutus? ¶ Volucer. ¶ Nihil prorſus o monice/ tempoꝝ tempeſtate penſata/ proq; diuturna animi preparatōne qua ſibi ꝓuiderat om̄ia que occurriſſent equanimiter toleranda Gaudet potius in domino magnificans eum. ⁊ exultat ſpiritus eius in deo ſalutari ſuo. deputans ſe adiutum meritis ⁊ precibus aliorum. Itaq; de ſe ſecurus. ⁊ in ſe domino miſerāte trāquillus. deflet miſeriam patrie proprie. indigniſſimāq; ſortem. Cuius tamē calamitatis media pars nō eſt ſibi nūciata. quā oculis proprijs horrens intueor. Quin etiam ſup conculcatiōe veritatis ⁊ iuſticie plorans ingemiſcit. Miſerabilem deniq; ciuitatis celeberrime deſolatiōem tanq̄ hieremias ruinas hieruſalem lamētatur. ¶ Monicus ¶ Qua ratiōe fieri poteſt o volucer. ꝙ exul a patria/ a parentibꝫ a propinquis a notis ⁊ amicis nō anguſtietur in corde/ nō in animo ꝯturbetur? ¶ Volucer ¶ Monice: nihil difficile eſt C volenti. Meminiſti puto vt aduena noſter ſemper in medijs etiam turbis ⁊ vrbibus/ ſolitudinem ſibi queſiuit ⁊ dilexit. Solitudinem loquor que eſt a curis forinſecis/ ⁊ hominū calumnijs vacatio. ꝓbans illud ſapiētis. qui minoratur actu percipiet ſapientiam. ¶ Monicus ¶ Scio volucer ⁊ expertus teſtor. ¶ Volucer. ¶ Ecce autē nunc elongauit fugiens ⁊ manſit in ſolitudine/ expectans eū qui saluū ſe fecit a puſillanimitate ſpiritus et tempeſtate. quoniā vidit iniquitatē ⁊ cōtradictōes in ciuitate. Euolauit ſicut paſſer: erepta de laqueo venantium. Undiq; nimirū ſibi parabātur inſidiarum tendicule. Enatauit vt potuit/ a naufragio reipublice. ꝓſtolans ſi forte poſtmodum ſit ſpes. Nihil tandem ſe videns aduerſus currētem furoris impetum nitendo proficere/ deſilijt aliorſum a curru publici regiminis/ cedens raptui preualentis nequicie ⁊ malicie/ quam ad preſens nō vincit ſapientia. ¶ Monicus. ¶ Vincet tādem aliquādo: crede mihi: volucer. Magna quippe ⁊ fortis eſt veritas ⁊ ſuper om̄ia vincit ac preualet. ¶ Volucer. ¶ Veritas o monice quando vincet neſcio. hoc vnum ꝓprijs oculis inſpicio iuxta vocem yſaie/ ꝙ conuerſum eſt retrorſum iudicium/ ⁊ iuſticia lōge ſtetit/ quia corruit in platea veritas/ et equitas non potuit ingredi. quoniā facta eſt veritas

in obliuionē/ ⁊ qui receſſit a malo prede patuit. Quo cōtra videre eſt falſitatē: nō qualemcūq;/ ſed hereticam prauitatē in via mandatorū dei/ que pambulat vicos ⁊ plateas/ erecta ceruice/ inſultans catholice veritati cum defenſoribus ſuis. proterit eos pedibus ſordidiſſimis. Ac de ipſis tanq; domina victorioſiſſima triumphare gloriatur.

## Ironicus

Proh dei atq; hoīm fidem. dic oro volucer vnde talis euerſio: Nonne ſancta generalis ſynodus. que pro veritatis tuitōne principaliter inſtituta fuerat/ ſe cultricē huiuſmodi veritatis exhibuit atq; protectricem. Verum hanc interim querelam omiſſam volo quoniā cupit anim⁹ ex te cognoſcere quib⁹ exercitijs ſe refouet frater/ quē torpere nequaq; putauerim inerti ocio: quib⁹ inſuper armis ſpūalibus aduerſus iniquos fortune ſeuientis impetus congredi ſolitus eſt/ ne triſticia ſeculi que mortē opatur ipſum vel deijciat vel abſorbeat. Volucer. De vera ⁊ ſolida pegrini conſolatōne tecum ſermonē habiturus. ſignifico in primis ꝙ eam accipit doctrice theologia/ que comitem ſe dedit pegrinationi ſue. Ab infantia enim ſacras litteras nouit/ neq; furor hoſtilis neq; terror puertere potuit: quin pſequeretur iter ſuum/ de qua ſapiens. Attingit ergo/ ait a fine vſq; ad finem fortiter/ ⁊ diſponit oīa ſuauiter. Hanc amaui ⁊ exq̄ſiui eam a iuuētute mea/ ⁊ queſiui ſponſam mihi eam aſſumere/ ⁊ amator factus ſum forme illius (Seqtur cōſolatio) intrans in domū meam condeſcam cum illa. Non eni habet amaritudinē conuerſatio illius. Nec tedium cōuictus illius ſed leticiam ⁊ gaudium. In cuius preconium ita libet metro pangere.

## Secūdū metrū primi libri dactilicum

alcmaniū tetrametrū hypercatalecticum In quo ponit laus theologie in hoc/ ꝙ eſt efficax ꝯſolari ⁊ currit cum ſecūdo metro Boetij Heu quā precipiti.

Felix theologus pulcra ſophia   ·D·
Cui vult a puero ſe dare ſpōſam:
Que caſtū tenero ſtringit amore.
Eius ſe vocitans iure ſororem.
Caſus ſe ſociam prebet in omnes
Ac vite releuat tedia meſte.
Solatur reſonans cantica ſyon
Securoq; regit limite greſſus.
Spes ⁊ vera fides concomitātur/
Et diuinus amor: quadraq; virtus
Prudens ſobriaq; fortis ⁊ equa/
Donorūq; cohors iuncta beatis.
Ad te ſi tribulans ſors ruit vlla.
Duris increpitans torua flagellis:
Perſtes: impauido ſuſcipe vultu
Nam ſic viuitur/ eſt pax in amaro.
Nam ſi flammigeris intonat ether
Fractus fulminibus/ totus ⁊ orbis
In ſe diſſiliat/ ſi caro cedit
Mens eſto ſtabilis/ ſede retenta.
Nec tu queſieris herculis arma/
Nec grandes validis viribus artus/
Plus horrenda ſatis/ q; ſuperarit.
Hac iutrice potes perdere monſtra.
Infandas erebi carmine peſtes
Vicit quādo lyram temperat orpheus/
Molleſcunt lapides/ flumina ſydunt
Sed ſe nō ſuperat victus amore.
At vero cithara dum modulatur
Paſtor poſtea rex carminis odas/
Quas aptat phroneſis/ ocyus exit
Nequam ſpiritus a rege ſaule
Ergo nemo ſatis theologie
Laudes extulerit/ tanta patrantis.
Qua cure fugiunt/ mens hilareſcit/
Que virtute ſua monſtra trucidat.
Cuius vi rapitur aduena/ degens
Terris/ ad nitidum ſcandere celum.
Excelſa reſidens cernit ab arce.
Fortunam merito rectus vtranq;

## Secūda proſa primi libri ſequitur.   ·E·

## Ironicus

Iure quidem laudaueris theologiā volucer. Sed in conſolatione recipienda contra fortuitos caſus contra vanam mundi felicitatem. Cur non ſuffecerit celebris ille dyalogus philoſophie cum Boetio. qui proſus elegāti ſtilo/ breui/ ⁊ ſplendido compoſitus eſt. ſen

tentias grauiſſimas atqȝ veriſſimas in ſe
tenens. ¶ Volucer. ¶ Noli mirari mo/
nice. ſi theologia philoſophie preficitur/
quoniā ſicut naturam gratia/ ſicut ancil/
lam domina et diſcipulā magiſtra/ ſicut
tempus eternitas/ ſicut ratiocinatōnem
intelligentia ſicut viſibilia ea que nō vi/
dentur. ſic theologia philoſophiam exu
perat/ quam nō abijcit ſed in obſequium
ſumit. Eſt autem lex diuinitatis ⁊ ordo.
vt ſuprema inferiorum iungantur ad ſu/
periorum infima/ more concatenatiōis/
veluti plato loquebat̄/ que in corporali/
bus argentea in ſpiritualibus aurea vo/
cabatur Et plane hanc in ſcala iacob gra
duū figuratiōem accipimus. ¶ Propte/
rea ſub compendio procedentes induce/
mus theologiam inchoātem verbū ab il
lo ſupremo / quo philoſophia conſolatō
nem ſuam apud boetiū terminauit. Ita
enī recto breuiatoqȝ ordine procedet the
ologia/ ſurſum machinā ſue deductōnis
erigens. ſi philoſophie ſibi fundamenta
ſubſtrauerit. ¶ Quale vero ſit illō quod
poſtremū philoſophia poſuerit: puto me
miniſti. Magna enim vobis eſt inquit ſi
diſſimulare non vultis: neceſſitas indi/
cta probitatꝭ. cum ante oculos agitis iu/
dicis cuncta cernentis. ¶ Ironicus.
¶ Memini volucer / ⁊ quali principio ex/
ordiens: quali preterea medio progredi/
ens hucuſqȝ proceſſerit retineo. nimirum
qui ſtudio libri illius ab adoleſcentia ve
hementer incubuerim.

## ¶ Volucer

C Ongratulor eruditiōi tue Si
quidē ab hac ſentētia qua phi/
loſophia deſinit: theologia ſu
am cū peregrino conſolatiōem
iniciat/ qualis ſententia formaliter in au
guſtini ſoliloquio poſita eſt. ¶ Et certe
Paulus dū ad hebreos ſcriberet/ collau/
daturus virtutē fidei/ propoſuit ſymbo
lum nature/ quod hominibus pro omni tē
pore neceſſarium fuit. Credere enī opor
tet accedentem ad deū/ quia eſt et inquirē
tibus ſe remunerator ſit. At vero deus ip
ſe qualis iudex exiſteret/ qualem inſup re
muneratōnem daret querētibus ſe/ non
potuit philoſophia neqȝ diſcipuli ſui du
ctu ratiōis inuenire. Deficiebat enim vo
lentibus ad altiora conſcendere ſcala cre
aturarū. per quam ſempiterna dei virtus
atqȝ diuinitas licet poſſit attingi/ non ta
men vſqȝquaqȝ. vt cognoſcerent quales
quantas ve penas reprobis deum cōtem
nētibus/ qualia porro premia ſe inquirē
tibus/ iuſtus iudex tribueret. Quod face
re ſi vel philoſophi vel poete tēptauerūt/
euanuerūt in cogitatōibus ſuis. ⁊ vix ali
ud q̄ʒ errores fabuloſos ſibiqȝ diſſidētes
fingere potuerūt. Rectam deniqȝ manda
torum dei viam neſcierunt qua p̲gitur ad
vitam/ que eſt ſtatus omniū bonorū ag/
gretōne perfectus. qualem hic aſſequi ne
minem poſſe philoſophia demonſtrat ex
perimentali ratōne. Sed vel virtutes vel
actus formales q̇bus attingatur iſte ſta/
tus obiectiue quidē. in deo intuitiue co
gnito philoſophia tradere nō valuit. Mi
ſeratus autem deſuper humanos errores
deus/ eas veritates neceſſarias ⁊ ſalubres
ad quas euehere nō poterat philoſophia
nec tēptare debuerat/ theologia ſuperna
turaliter infuſa / ſicut et humanus ſuper
naturalis ē finis/ reuelauit ⁊ addidit. In
ter quas: non irrationabiliter theologia
ſuper iſtam q̄ deus inquirentibus ſe re/
munerator ſit. quia videlicꝫ iuſtus iudex
eſt cuncta cernens. collocat ⁊ adijcit mo/
dum iudicij a chriſto traditū. Ibunt hi
nō dubium quin mali: in ſuppliciū eter
num. Iuſti autem in vitam eternam.
¶ Neqȝ enim eſt alia veritas efficacius ge/
neratiua timoris domini q̄ʒ iſta/ claudēs
in ſe horrendiſſimū illud damnationis
tonitruum. Ite maledicti in ignem eter/
num. Nunquid non horrendū valde p̄ij
ci a facie dei ſummi boni? Sed ad horro
ris cumulum inexcogitabilem / additur
maledictio trudens in ignem: non qualē
cumqȝ/ ſed eternum. Et hoc cum dyabo/
lo ⁊ angelis eius. vbi aſcendet fumus tor
mentorum in ſtagno ignis ardentis ⁊ ſul
phuris/ vſqȝ in ſecula ſeculorum. vbi ver
mis eorum nō morietur/ ⁊ ignis eorum
nō extinguetur. Et erunt vſqȝ ad ſatieta
tem viſionis omni carni. Ad hunc audi
tum ſi fides admixta eſt: timorē domini
quis non ſibi ſuſcepit? Eſt autem timor
domini iniciū ſapientie. ⁊ ab ipſo conci
pimus ſpiritū ſalutis. Et per eū declinat
oīs a malo. illūiant̄ corda/ ⁊ in oblctātōe

B venit miſericordia. ¶ Monicus. Qua
ratõne fieri poteſt o volucer/ ꝙ per timo/
rem ⁊ talem timorem veniat queuis ob/
lectatio: Timor enim penam habet/ quē
ꝑfecta charitas foras mittit. Qualis am/
plius eſſe cõſolatio poteſt hñti p̄ oculis
aſſidue ſtagnum ignis ardētis ⁊ ſulphu/
ris. in quod ne corruat: formidare habet
momento quolibet: Nec vnqꝫ dum viuit
ab hoc pauore ſecurꝰ eſt Neſcit enī homo
finem ſuum neqꝫ ſi amore vel odio dignꝰ
ſit. ¶ Volucer. Recte cenſeres monice
ſi theologia fidelis nequaqꝫ ad vlteriora
per timorē iſtum pueheret/ ſi nõ ad ſpem
que non confundit: effugere compelleret
Si non deniqꝫ ad deum totius conſola/
tionis/ per dilectiõem amplectēdum ſibi
qꝫ adherendū. velut in locum refugij: mi/
rabiliter induceret. ¶ Monicus. Vel/
lem audire quo pacto fieri habet hec in/
ductio vere mirabilis de timore in ſpem
⁊ amorem Neqꝫ enim eadem ſede cordis
ſimul habitare poſſe videntᷣ timor ⁊ ſpes
licet legam prophete iuſſionem regibus
terre vt ſeruiant dño in timore ⁊ exultent
cum tremore. Et per ſapiētem. Qui time
tis dominū ſperate in illum. ⁊ iterum ꝓ/
pheta. Beneplacitum eſt domino ſuꝑ ti/
mentes eum ⁊ in eis qui ſperant ſuꝑ miſe
ricordia eius. ⁊ alibi ſine numero ſpes ti/
mori coniūgitur. ¶ Volucer. Atten.
dendus eſt o monice: ſolerter ordo iudici
orum ſuꝑmi iudicis dei. qualem philoſo
phia non attingit. Unde theologia ve/
lut humano more loquens triplicem deo
curiam: triplicemqꝫ thronum deputat:
¶ Reſidet in prima curia et throno in/
dulgens gratia. Reſidet in altera curia et
throno corrigens miſericordia. Reſidet
in tertia curia ⁊ throno damnās iuſticia
de q̄ per apoſtolū. Horrendū eſt incidere
in manus dei viuētis. ¶ Tradiderat ho
mines om̄es in hanc mortis damnatõeꝫ
preuaricator adam. nec erat qui de manu
hac iudicātis dei poſſet eruere/ ſi non ſu/
pra nature vires ⁊ merita/ cõſtituiſſet no
bis iuſtus iudex deus/ per ſacramentum
reconciliatõnis vnigeniti filij ſui dei/ cu
riam primā ⁊ alteram in quibus gratiam
⁊ miſericordiā iudices collocauit/ inthro
nizans quando factus eſt nobis a deo ſa
pientia ⁊ iuſticia: ſanctificatio et redem/
ptio. Quādo preterea datum eſt homini

bus damnatis in curia iuſticie eam qua/
ſi grauaminis illatricē poſſe decliare ap/
pellando ad ſuꝑiores curias gratie ⁊ mi/
ſericordie/ quoniaꝫ ſuperexaltat miſericor/
dia iudicium. fitqꝫ vt vbi abundauit deli
ctum ſuꝑabundet ⁊ gratia/ quod philoſo
phia nõ cognouit. ¶ Monicus. Inci D
pio volucer grauioribus qꝫ antea ſcrupu
lis vrgeri/ vt omittam queſtiões interim
multiplices/ ex tuis habentes dictis ortū
de fide philoſophorū ⁊ aliorum quo pa/
cto ſaluati ſint aliqui ſub nature ſola lege
Tradit itaqꝫ philoſophia vix ꝑſcrutabi/
lem diuine prouidentie viuacitatem. pre
ſertim dum ad eam confertur humani li/
bertas arbitrij/ cum certa precognitione
futurorum Sed ecce ſuꝑaddit theologia
difficultatem in immēſum minus inue/
ſtigabilem / neqꝫ comprehēſibilem. dum
quoſdam ex hominibꝰ recipit iudicādos
in curia gratie vel miſericordie ⁊ eterne bea
titudinis ꝑticipes facit. Alios vero mul/
to plures damnat in eternū ſua iuſticie ſe
ueritas / dicente eo. Multi vocati: pauci
vero electi. Mirum autē ſi quis in hac re
cogitatõne conſtitutus nõ perturbetur ⁊
totus horrore tabeſcat/ qualiter abſcon/
dita non eſt conſolatõ ab oculis ſuis (iu
xta ſcripture verbum) dum ita deus inter
fratres diuidit ¶ Volucer. Fatendum
eſt in primis Monice: ꝙ hec cõſideratio
iudiciorum dei qui terribilis eſt in con/
ſilijs ſuper filios hominū/ ſi cum ſuper/
ba curioſitate recenſeatur/ p̄cipitat in il/
lam ſapientis damnatiõem. Qui ſcruta/
tor eſt maieſtatꝫ opprimetᷣ a gloria/ exter/
minat omnē bone conſolatiõis virtutem
deniqꝫ in reprobam de deo deſperatõem/
⁊ in odioſas rabidas ⁊ inſanas blaſphe/
mias demergit ⁊ abſorbet. hoc in viato/
ribus aliquibus hoc in damnatis om̄i/
bus opatur. ¶ At vero conſideratio ta/
lis ſi cum debita humilitate ⁊ reuerentia
fidelis ⁊ pij cordis aſſumatur Si cum ca
ptiuatõne om̄is intellectus in obſequiū
fidei reuoluatᷣ. nullam exiſtimat peregri/
nus noſter potiorem vel efficaciorem ad
conſecutõem legitime conſolatõnis viā/
diuinitus elargiri. Nonne ſenſerat hoc ꝓ
pheta dum ſuſpirans ait: Memor fui iu
diciorꝫ tuorꝫ a ſeculo domine/ ⁊ cõſolatꝰ
ſum. Quā ꝯſolatõꝫ neſcio ſi vehemētius
expſſit alio loco is q̄ dixit. Et exultauert. i.

extra ſe ſalierūt/filie iude propter iudicia tua domine. ¶ Monicus ¶ Obſeruandū ne eſt obſecro volucer: ne minꝰ ſobria fortaſſis ꝛ inſolēs ſit huius doctrine traditio. quoniā ſtultoꝝ infinitus eſt numerus/carnalium ꝛ arrogantium/q̄ non capiunt que dei ſunt. ꝛ ſi nō dixeris ea que verſant̄ in corde ſuo ꝛ que ſuo ingenio penetrare ſe gloriari poſſint ¶ Volucer.
I. Corrigit ꝛ repellit tuā hanc heſitationē conſcius arcanorū diuinorū apoſtolus. qui ſatagens contentiōem gentilium romanorū/ꝛ iudeorū qui ſuſceperāt fidem compeſcere/collocauit totius diſputationis ſue velut centrū ꝛ cardinem ſupremū conſiderationem diuine p̄deſtinationis et preſcientie ab illo loco. Scimus autem quoniā diligētibus deum: oīa cooperantur in bonum his qui ſ̄m ꝓpoſitum vocati ſunt ſancti. Nam quos preſciuit ꝛ predeſtinauit. ꝛc̄. Uſq̄ʒ dum exclamat. O altitudo diuitiarū ſapientie ꝛ ſcientie dei/ q̄ʒ incōprehenſibilia ſunt iudicia eius et inueſtigabiles vie eius. Quis eni cognouit ſenſum domini: Aut quis conſiliarius eius fuit: Aut quis prior dedit ei ꝛ retribuetur illi: Illic inſerit ꝙ nō volentis neq̄ʒ currentis: ſed miſerantis dei eſt. ꝛ cuius vult miſeret̄. ꝛ quē vult indurat. Et ꝙ non ex opibus. ſed ex vocante dictū eſt Jacob dilexi: eſau āt odio habui ¶ Apoſtolus igitur doctor gētium in fide ꝛ veritate/ inter quas erant inſipientes multe carnales ꝛ ſuperbe. ſi p̄miſſam eis conſideratōnem pro ſua edificatōne nō timuit exponere: quatinus eas ꝛ iudeos mutuo reduceret ad legitimā pacis ꝛ caritatis formā. Quo pacto verēdum erit inter chriſtianos: p̄ſertim eos qui de ſua ſalute ſoliciti ſunt. conſideratōe iſta vtiq̄ʒ apud eum/talem de ſua ſalute conſolatōem ſuorumq̄ʒ ſimiliū opata eſt. vt aſſereret Certus ſuʒ enim ꝙ neq̄ʒ mors: neq̄ʒ vita: neq̄ʒ angeli: neq̄ʒ principatus. neq̄ʒ virtutes. neq̄ʒ inſtātia. neq̄ʒ futura. neq̄ʒ fortitudo. neq̄ʒ altitudo. neq̄ʒ profunduʒ. neq̄ʒ creatura alia poterit nos ſepare a caritate dei que eſt in chriſto ieſu domino noſtro.
¶ Poterit autē certitudo talis accipi de certitudine reuelatiōis diuine ſi Paulus de ſe ſolo loq̄retur. Sed dum cōnumerauit alios electos. dei cōuenientius intelligit̄ hoc eſſe dictū de certitudine ſpei. que tranquillitas quantū ſit opatiua. ſatis admodū propheta regius expoſuit. q̄ dum gloriabundus in dn̄o dixiſſet In pace in id ipſum dormiā ꝛ requieſcā. Subintulit pro cauſa ſpem/dicens Quoniā tu domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me. ¶ Monicus. ¶ Scire velim o volucer quo ſtudio vel induſtria deuenit aduena noſter vt in hac pace in id ipſum frueret̄: ¶ Volucer. ¶ Accipito v̄ba mea ſobrie Neq̄ʒ enim dicere p̄ſumo: niſi quod aſpirat ꝛ aſpirare ſuadet ad illam pacē in id ipſum cum propheta dicente. Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificatōnes tuas/in omni tempe/ſi forte aliquādo deſiderium ſui ꝛ ſimiliū pauperū exaudiat dominꝰ. ꝛ preparatōnē cordis eorum audiat auris ſua. Scit enim quoniā nemo repente fit ſummus. ſcit quoniā munus hoc gratie magis eſt q̄ʒ induſtrie. Nihilominus doctorū deuotorū ſcripta relegēs theologia ductrice/ſuis vti conatur induſtrijs /ne ſibimet deeſſe putetur. deumq̄ʒ tēptare videat̄. Enititur experimento cognoſcere que ſit illa pacis conſolatō qua ſobrie inebriatꝰ exclamat pſalmiſta. Quā magna multitudo dulcedinis tue domine quā abſcondiſti timētibus te. Signāter ait abſcondiſti/q2 nec ab habēte tradi nec ab eo qui non habet capi poteſt. Eſt quippe nomen nouū in calculo candido ſcriptum. qd̄ nemo ſcit niſi qui accipit

## ¶ Tertium metrum. K.

primi libri glyconicū coriambicū. ꝛ proportionat̄ ſexto primi de conſolatōe philoſophie. Cum phebi radijs.

Magnū crede nimis bonum
Intus quo valeas frui:
Extra non liceat loqui.
Certe neſcit homo vetus
Intro quid ſapiat nouus
Hoc eſt manna reconditum.
Senſus quod capit intimus.
Queris qualis ei ſapor:
Aurem verbaq̄ʒ quid paras:
Guſta poſt videas licet.
¶ Degens frater agro ſenex
Querit gaudia/que domi
Frater iunior accipit.
¶ Lecus mel ionathas prius
Guſtat/protinus hinc videt.

¶ Mel nobis ſapidū deus:
Quo faſtidia tollere
Mundi noxia fas tibi.

# ¶ Tertia proſa primi

¶ Monicus.

O Miſeris interim volucer ver/
bum ſup iſtis affectus deuoti
ſentimētis/in quibus ſtat ſapi
entia: que in myſterio abſcōdi/
ta eſt. Hec eſt theologia myſtica/de q̃ tra/
ctatus fratris apud me ſeruo/ quoſdā la/
tino/quoſdā vulgari ſcriptos ſtilo. Sed
ſup his altera fortaſſis die ſermo fiet:
¶ Perge vero proſequi de ſpe: reſpondens
ad pauculas interrogatiōes meas/qui ſe
cretorum aduene noſtri cōſcius es. Reco
gitat ne ſupremū iudicem deū: homines
ex maſſa peccatrice: ꝑdeſtinaſſe quidem
hos ab eterno ſempit'ne beatitudinis fo/
re participes/alios vero preſcitos ꝛ repro
batos ad ſuppliciū perpetuū: ¶ Volu/
cer. ¶ Recogitat monice/et id ſane freq̄n
ter. ¶ Monicus ¶ Accuſat ne diuerſum
huiuſmodi iudiciū dei: tanq̃ preterea ſit
in eo ſeua quedā crudelitas/indigna bo/
nitate ſua ſumma: ¶ Volucer. ¶ Abſit
monice talis aduerſus deū blaſphemia/
neq̃ enim ꝑſonā accepiſſe/neq̃ iniuriaꝫ
feciſſe dici poteſt q̃ nulli debitor eſt. Qđ
notauit apoſtolus dicens. O homo / tu
quis es qui reſpondeas deo: nunquid di
cit figmentū ei qui ſe finxit. quid me feci
ſti ſic: An non habet poteſtatē figul[9] lu/
ti ex eadem maſſa facere. aliud quidē vas
in honorē. aliud vero in cōtumeliam:
¶ Talis apd̄ homīes ſimilitudo plurima
repitur. nedū ſuper rebus vita carentib[9]/
ſed animatis / quib[9] vtūtur pro arbitrio
ſuo aliꝭs ad mortē. aliꝭs ad conſeruatōem
nec arbitrātur ſe: vł iniurie: vel crudelita
ti obnoxios eſſe. ¶ Quid ſi vult deus in
mag̃ domo ſua manifeſtare diuitias glo/
rie ſue. iſtis in oſtenſionem miſericordie.
aliꝭs in manifeſtatōem ſue iuſticie/glori/
ficans illos ex miſericordia/ iſtos ex iuſti
cia derelinquens: quatinus reſultet car/
men illud pulcherrimū. Ex graui tenore
iuſticie/ꝛ molli cantu miſericordie/ de q̃/
li profitet' ꝓpheta. Miſericordiā ꝛ iudici
um cantabo tibi dn̄e. ¶ Ex ſi pauciores
ſunt qui ſaluātur / manifeſtior eſt in hoc
gratia dei quēadmodū int' ſurdos ꝛ clau
dos mutos ꝛ mortuos/pauciores ſunt q̃
miraculo curātur/q̃ꝫ qui proprie cōditio
ni relinquūtur. ¶ Verū dum ad ſingula
ria fit deſcenſus et inquiſitio. cur videli/
cet Petrū vel Paulum deus elegerit ad ſa
lutem. Judam vero ꝛ diuitē epulonē de/
reliquerit: oportet vt humana garrulitas
apponat digitū ori ſuo/ hoc vnum profi
tens ꝙ iuſtus eſt domin[9] in oīibus viꝭs
ſuis. ¶ Itaq̃ ſicut nulla poteſt aſſignari
ratio cur inter tot res poſſibiles fieri/iſta
nō: illa facta eſt/niſi beneplacitū dei. Jta
de recreatōne ſeu regeneratōne/ad vitam
ſpiritualē/multomagis dici debet. Neq̃
confugiendū eſt ad illorū merita vel ope
ra/ quos ab eterno ꝑdeſtinat deus. quia
ſi ex opibus: iam nō ex gratia. Sed neq̃
priorem eterna dei voluntas cauſam ha/
bet/qui fecit oīa propter ſemetipm̄. im
piū quoq̃ in diem vindicte. Nihilomin[9]
fatendum eſt ꝙ nemo ſine culpa damna/
bitur. ſicut abſq̃ gratia ſaluabit' nullus.
¶ Monicus ¶ Pergo volucer inquire/ ·L·
re cōſequenter/ſi hanc aliquādo peregri/
nus noſter conſideratiōem ſuper ſe/ꝛ ad
ſe reflectit. Meditās ne forte ſit ex nume/
ro reproboꝝ/neq̃ enim gloriari poteſt ſe
peccatū nō habere: neq̃ de alia maſſa eſſe
q̃ꝫ ceteros: ¶ Volucer ¶ Dicam illō mo
nice quod ſentio Meditatur aliquādo ſe
cum cōquerens. quid ſi iuſto dei iudicio
damnādus es: Si reperit indiſpoſitum
cor ſuū ad humilem hui[9] conſideratiōis
ſuſceptōem/derelinquit eā/ꝛ ad alia ſe cō
uertit. quemadmodū fieri conſiliū eſt in
tēptatiōibus vel interrogatiōibus carna
liū peccatorū/vel experientiꝭs earū rerū/
que ſunt difficillime electōis. vt ſi querat
aliquis a ſemetipo Malles membratim
laniat[9] mori/q̃ꝫ illecebroſe voluptati mu
lieris pulcerrime conſentire: ¶ Si vero
percipit affectum ſuū/ deo propicio tran
quillum/humilem ꝛ ſuauē/ſicut impreca
tur apoſtolus. Deus autem ſpei repleat
vos oīi gaudio/ et pace in credendo/vt
abundetis in ſpe/ et virtute ſpiritusſan/
cti. ſiſtit pedetēptim tamē et caute/in hac
recogitatōne: ſi forte damnandus eſt. Cu
ius apprehenſioni / nequaq̃ remurmu/
rat / ſcd̄m preſentem affectum / ꝛ ſenſum
de diuina iuſticia. Sed humiliatus di/
cit. Juſtus es domine/ ꝛ rectum iudiciū
tuū. Nō ꝙ damnatiōem eligat. Abſit. q̃ꝫ

nec deus hoc vult ipm velle/ſicut nec pec
care nec deſperare dum viator eſt. Dicit
potius cũ Job. etiã ſi me occiderit tamen
in ipſo ſperabo. Et cõuerſus ad dominũ
cũ pio ꝛ humili affectu. Scio inqt eqſſi/
me uidet/ quoniã damnati in inferno te
odiunt. te iniuſtũ. te inuidũ. te crudeliſſi/
mũ iudicant. te blaſphemant. te ſanctiſqꝫ
omĩbus ore rabido maledicũt. Scio ꝙ
illic cõſtitutus( heu me miſerũ )ſic agerẽ.
At vero dum interim affectibꝫ tam effe/
ris ꝛ blaſphemis careo. amo te qui totus
es amabilis. te iuſtiſſimũ/ te amãtiſſimũ
te clementiſſimũ diiudico. te collaudo. ti
bi ſanctiſqꝫ omnibus tuis ore pio bene/
dico. quicquid poſtremo de me futurum
ordinauerit voluntas tua/corde credo et
ore profiteor. quoniã nulla eſt iniquitas
apud te qui ſanctus es in omĩbus operi/
bus tuis. ¶ Monicus. ¶ Placet volu/
cer diſtinctus iſte modus habendi ſe cir/
ca recogitatiõem diuine predeſtinatõnis
ſeu preſciẽtie/nam ſicut in primo curioſi
tas temeraria: ſic in ſecũdo meritoria val
de humilitas exercetur. ¶ Videre ſimile
eſt in aſpectu vel recogitatõe formoſe mu
lieris/ vbi periclitaret̃ incõtinens. conti/
nens vero fortiter habituatus/ vteret̃ ad
virtutem. ¶ Video ꝙ amor hic gratuit⁹
eſt: nõ mercenarius: nõ recuruus. hec af/
fectio filialis vel fidelis ſponſe. quẽ amo/
rem/quia donũ ſuũ eſt/nõ acceptare non
poteſt. quia diligentes ſe diligit. Beatus
qui aſcẽſiones in corde ſuo diſponẽs ad
hunc gradum pene ſupremũ peruenit:
M ¶ Sentio deinceps magis ac magis ꝗ me
dio poteſt hec conſideratõ pacem quan/
dam ꝛ conſolatiõem operari. Ita tamen
ſi ſit apd̃ homines qui peccata iam non
iterãt. nam iteratio peccatorũ quid aliud
pretendit ꝙ̃ reprobatiõem ꝛ interitum?
Attento ꝙ ſpes nõ ex meritis prouenies
preſumptõ eſt. nõ ſpes eſtimanda ¶ Vo/
lucer ¶ Scio o monice quoniã nemo eſt
qui viuit ꝛ nõ peccet quando ꝛ ſepties in
die cadit iuſtus. Et beatus dicitur a pſal
miſta: nõ qui non fecit. ſed cui nõ impu/
tauit dñs peccatũ. Mirũ fortaſſe videbi/
tur quod dictur⁹ ſum. Inuenire eſt homi
nẽ qui quanto pluribus impugnat̃ tẽp/
tatõibus/quãto renitẽs eis pluries euin
citur/vel in voracitate gule. vel in ſomni
culoſa dormitatõne/vel in ſtimuloꝝ car/
nis crebra ꝑpeſſione/ ꝛ aliis huiuſmodi/
tanto frequẽtius certius ꝛ ideo forti⁹. qꝛ
humilius/in deũ ſe proiicit. de deo ſperat
ꝛ confidit. Conſulte quidẽ dum nullam
videt in ſe fiduciã reſiſtẽdi vitiis/neqꝫ vir
tutes ꝛ ſalutẽ adipiſcẽdi repoſitã. Fallor
ſi nõ ita dauid egerit inqẽns. Impulſus
euerſus ſum vt caderẽ/ſubdit. cuius inni
xus ẽ auxilio/ ꝛ domin⁹ ſuſcepit me. Rur
ſus cũ ab homĩbus ſibi deſperatõ impro
peraret̃/quia tulerat ouem ꝛ paſtorẽ occi
derat/ ꝛ dicerent. non eſt ſalus ipſi in deo
eius/ipſe ſolidiori ſpe deo fiſus reſpõde/
bat. Tu autẽ domine ſuſceptor meus es
gloria mea. ꝛ exaltans caput meũ ¶ Mo
nicus. ¶ Et intelligo volucer. Ita ſe res
habet/ ꝙ apud vere humilem quãto mi/
nus eſt in ſe ſpei/minus in ope aliena fi/
ducie. minus deniqꝫ vult cõſtituere iuſti
ciam ſuam. tãto plus ſpei plus fiducie de
deo ↄcipit. plus quoqꝫ iuſticie dei fit ſub
iectus. dicens ex ſententia. Mihi autem
adherere deo bonum eſt/ ꝛ ponere in dño
deo ſpem meã. clamans ei. in tua iuſticia
plane non in mea/ libera me. Poſtremo
magis intelligere nunc videor/que in de
notoꝝ libris legi/de introductiõe ſponſe
in cubiculum ſponſi. de oſculo oris eius
poſt oſculum manuũ ꝛ pedum/ de habi/
tatiõe preterea in adiutorio altiſſimi/ nõ
in habitatõne vel meritoꝝ proprioꝝ que
vana eſt. vel penarum futuraꝝ que anxia
vel induſtriarũ propriarũ que timida eſt
ꝛ incerta. ¶ Certa vero qualiter eſſe poſ/ N
ſit in adiutorio altiſſimi. inter tot vite di
ſcrimina. inter tot criminũ lapſus. inter
tãtam electorum paucitatẽ ediſſeras ve/
lim. ¶ Volucer. ¶ Rerum iſta condi/
tio eſt o monice/vt in ſuos fines tendant
quibꝫ adeptis quieſcunt adherentes eis.
hoc de grauibꝫ deorſum. hoc de leuibus
ſurſum videre eſt. Eſt autẽ humani cor/
dis deſiderium ꝛ pondus/in deũ/ſicut in
locum ſuũ ꝛ centrũ ferri. eſt ſupremũ poſt
quod nõ relinquit̃ aliõ humane peregri
nationis refugium. Supeſt igitur nihil
infra quod/vel vltra quod poſſit huma/
nũ ſe cor deflectere vel fugere. dum ponde
re ſuo ſe cõſtituit adherere deo. nũc interi
per ſpem: fidem ꝛ amorem. neqꝫ enim ſibi
dat aliter ſtatus preſens. Porro ſicut ali
quis dicitur adherere certitudinaliter lo
co alicui vel baculo/dum totis viribꝫ ita

ſtare vult. nō aliter ſpem certā dicimus ꝑ
deliberatā voluntatis adherētiam. neqꝫ
enī ſpes eſt in aſſenſu et vi rationali / ſed
deſiderio ⁊ expectatōne virtutis iraſcibi/
lis tendentis in ardua. quod deſiderium
tendentia / vel expectatō repitur in virtu
te ſpei cum tanta certitudine ꝑ adherenti
am volūtatis / ꝙ ꝑ nullius temptatōnis /
vel recogitatiōis inſultū vult ab ea ſemet
euellere. ¶ Conſurgit ex radice ſimili cer
titudo in aſſenſu fidei: dū ꝑ nullas ratio/
nes vel fantaſias fidē impugnantes / vult
derelinquere / quo minus ſtet in fide / ad
obeditionē dei / ⁊ meriti conquiſitiōem.

# ¶ Quartū metꝝ pri/mi dimetrum Jambicū.

Que mōtis alto ſtat iugo
Quercus ſuis radicibus
Defixa nitens fortiter:
Uentos et imbres non timet.
Aſſumit hinc plus virium
Quo plus in imo ſe locat
Concuſſa venti turbine /
Sic ſpes ferens teptamina
¶ Antheus inuictus fuit
Dum cautus incubans humi
Non vult in altum ſurrigi /
Elatus ilico perit.
¶ Que collocatur ſaxeo
Domus loco fideliter /
Uenti / pluuie / flumina
Deſeuiant / nunqꝫ ruit.
¶ Herere vos ſpe firmiter
Ueſtro loco nitamini.
Ueſter locus certe deus:
Quo ſpes reponit certior.

# ¶ Proſa quarta pri/mi libri.

¶ Monicus.

Uiſum eſt aliquibus o volucer
ꝙ ſpes in preſcitis ſemꝑ ſit er/
ronea. Jd enī ſe putant habitu
ros quo carebunt. Alij volen/
tes hāc abſurditatē euadere dixerūt ſpem
in hac cōditionali exiſtere. Si legem dei
obſeruauero ſaluꝰ ero. ¶ Volucer. Mo
nice. nec hoc vltimū ſufficit ad ſpem. ſta/
ret enī cum deſperatōe talis cōditio. Nec
primū ſobrie dictū eſt: ꝙ deus obliget re
probos ad errandū / ſicut obligat ad ſpe/
randū. Proinde ſpes ad certā beatitudi/
nis expectatōem / ſic ſe habet. Ponit ſibi
ꝑ fidem / ꝙ eſt aliqua talis beatitudo. iun
git ꝙ ad illā pura liberalitate ⁊ gratia de/
us ab eterno quoſdā predeſtinat ⁊ eligit.
Addit ꝙ ad conſecutōnem hmōi finalis
beatitudinis: ordinauit media cōuenien
tia / varijs modis ſine numero. Jnter que
mediū precipuū eſt gratia. que ideo dici/
tur vita eterna. quia pignus eius eſt / vel
arra. Hanc autem gratiā nulli dedit neqꝫ
daturus eſt: niſi ꝑ mediū mediatoris dei
et hominū. Quā gratiā pro omnibꝰ meru
it ad ſufficientiā. ſed non ad efficaciā. ni/
ſi incorꝑatis ſibi per fidem habitualē / vt
in paruulis. vel actualem ⁊ habitualem q̄
per dilectiōem ꝑſeueranter operatur. que
fides minꝰ explicita fuit in prophetis tē/
pore legis ſcripte / qꝫ in apoſtolis tempe
gratie. Et longe minus in philoſophis ⁊
alijs gentilibꝰ ꝑ lege nature. Quāuis enī
oīes accedentes ad deum oporteret cre/
dere ꝙ deus eſt. ⁊ ꝙ inquirentibꝰ ſe remu
nerator ſit. quis eſtꝫ tamē modus quo ta
lis remuneratio cōſequeretur / ꝑ myſteri/
um videlicet incarnatōnis filij dei. ſicut
non erat explicite reuelatū / ſic nec explici
ta fide credendū. Ceterum ſpes taliter in
ſtructa ꝑ fidem. que ſuus eſt oculus / figit
in primis deſideriū ſuū ad beatitudinis
adeptōem tanqꝫ ad finem. Et ab illo deſi
derio nequaqꝫ vult auelli. Deinde deſide
rat media quelibꝫ ad huius finis aſſecu/
tōem per dei ꝓuidentiā ordinata / ꝑ arma
iuſticie ſicut dicit apoſtolus. a dextris et
a ſiniſtris. per gloriā ⁊ ignobilitatem. per
infamiā et bonam famam ⁊c̄. Fides itaqꝫ
rurſus dicit ei / ꝙ diligētibus deum ⁊ ſpe
rantibus in eo / omnia cooꝑantur in bo/
num / ſicut tradit apoſtolus ꝙ oīa no/
ſtra ſunt / conformiter ad chriſtū. Primū
querite regnū dei / ⁊ omnia hec adijcient
vobis. neqꝫ talium aliquis predeſtinato
rum peribit vnqꝫ. Quo contra fit de re/
probis q̄bus omnia cedunt in malum /
etiam aliena bona que in ſcādalum ſibi
vertunt ⁊ ruinā. Nihilominꝰ quoniā ig/
notum nobis eſt quos vult inter homi/
nes deus ⁊ qualiter ſaluos fieri / oꝑandū
eſt bonum ad omnes / vel orando / vel cō
monendo / vel hortando / vel increpādo /
vel ab erroribꝰ ⁊ vitijs abducere ſatagēdo
Jta ſagena caritatis ꝯcludit ī ſe bonos ⁊

malos ſeparandos in littore iudicij.
P. ¶ Preterea ſi ex peccatis electorum diuina
bonitas poteſt. ſcit et vult elicere bona.
nō tamen idcirco mala bona ſunt/vel eli
genda. ſed cauenda penitus plangēdaq̃.
Collaudādus autē benigniſſim⁹ ꝛ omni
potens deus q̄ malis noſtris nō ſolū nō
vincit̄/ſed ex eis operatur bonum noſtrū
¶ Sic eni dicit̄ oīa ſub peccato cōclu
ſiſſe: ſupple ꝑmiſſiue vt omniū miſereat̄.
Peccauit petrus/humilior cautior ꝛ mi
ſericordior effectus eſt/ nō actōe mali ſed
miſeratōne dei. Peccauit Magdalena/
plus poſtea dilexit. q: multū ſibi dimiſ/
ſum eſt. ꝛ in exēplar penitētie ceteris ceſ/
ſit. Blaſphem⁹ fuit Paulus. confitet̄ hu
miliatus/ꝙ nō ſit dignus vocari apoſto
lus/ꝛ eſt inter peccatores prim⁹. Deniq̃
iocūdatur pater ꝛ epulat̄ in receptōe filij
prodigi. Et gaudiū eſt angelis dei ſuper
vno peccatore penitētiam agente. Quis
neſciat proinde pauꝑes dum de ſtercore
pctōrum erigit eos deus: collocās in glo
riam cū pricipib⁹ populi ſui. ꝙ in ampli
ores erga diuinā benignitatē aſſurgunt
gratiaꝝ actōes/nō quin innocentia ꝑſer/
uata ſeruataq̃/ plus habeat dignitatis ꝛ
gratie ceteris paribus. Sed in repatōne
deꝑdite magis eminet miſericordie beni
gnitas ¶ Miſerādū vero eſt. quod in re/
probis agit̄ e diuerſo/de virtute ꝛ humi/
litate ſuꝑbiūt. de gratuitis dei donis vel
ingrati ſunt vel tepidi/vel in ſuā ꝛ aliorū
ꝑniciem ꝛ dei inhonoratiōem abutentes
vertunt. Ita vt eoꝝ quandoq̃ fiat oratō
in peccatū. hic ꝑ ingratitudinē. in infer/
no autē ꝑ blaſphemiā inſaniorē. Recor/
dantes eni quēadmodū fuerūt aliquādo
ſupplices deo. Pec ꝛ illa bona facientes:
venerātes ſanctos ſanctaſq̃ oēs cū de
uotiōe: quidni rabidiori cōtabeſcāt odio
ꝛ maledictis latrēt aduerſus deū ſanctos
ſanctaſq̃ oēs: preſertim eos quos ꝑci/
pue coluerūt eos inuidos: eos crudeliſſi/
mos: impios ꝛ ingratos. qui non ipos a
tormētis cum poſſent eripiūt/ acclaman
tes. ¶ Quid ergo dicem⁹ ad hec: faciem⁹
igit̄ mala vt deus eliciat bona/ vel bona
vitabim⁹ ne cōtingant mala qualia teti/
gimus: Abſit. ꝓpter id enim quod ꝑ acci
dens eſt: nō debet illō quod de ꝑ ſe eſt va
D. riari. ¶ Monicus. ¶ Horreſco volucer
hec audiens/ et videns te ſuꝑ admirabili

via niti pro cōſolatōis adeptōe: dum tre/
mende ꝛ ꝯtrarie deſolatōis memoriā ſub
inducis ¶ Volucer ¶ Hic mod⁹ eſt. hec
ars theologie/credideris monice/ꝙ ſicut
per ſtulticiā ꝛ ſcandalū predicatiōis cru
cis ſaluos fecit credentes ſic ꝑ inſipienti
am trahit ad ſapientiā dicente apoſtolo.
Si quis videtur inter vos ſapiēs eſſe in
hoc ſeculo. ſtultus fiat vt ſit ſapiens. Nō
aliter vult eadē theologia per ſummā de/
ſperatiōem de homīe: trahere ad ſummā
de deo ſpem: ꝛ ꝑ deſolatōem ineſtimabilē
ꝛ intolerabilē: ſurſum ducere ad ſolidam
conſolatōem. ¶ Addideris nullā eſſe re/
cogitatōem que plus iſta radicaliter euel
lat ab humano corde ſuꝑbiam. de ſe ſem/
per aliquid magnū preſumentē/ cui reſi/
ſtit deus. que magis inſuꝑ gignat ꝛ nutri
at humilitatē legitimā ſub deo et ad ho/
mines. vitijs procul expulſis que fert ſe/
cum ſuꝑbia. Nam qua fronte poterit ali/
quis fratrē ſuū qualēcunq̃ deinceps. vl'
odio vel ira vel inuidia ꝑſequi. immo nec
animo ꝙ reprobus ſit iudicare: qui videt
ſe de eadē maſſa peccati in eadem damna
tione eſſe. neq̃ ſcit quid ſibi craſtina pa/
riat dies: Ex ſi voluerit gloriari de bonis
ſuis/mendax eſt ſi non habet. ſi hab3 illa
gratis accepit a deo Quid ergo gloriatur
quaſi nō acceperit. Quid preterea iudi/
cat alienū ſeruū qui domino ſuo ſtat/ aut
cadit: ſtabit autē. potens eſt eni deus ſta/
tuere illum. Sub hoc intuitu dixiſſe pu
tandus eſt apoſtolus Venit deus ſaluos
facere peccatores/quorū prim⁹ ego ſum.
primusītelligo quo nullus prior/ vidēs
ſe cum alijs equaliter filium ire. ꝛ ex eadē
peccati maſſa eſſe/ q̄les venerat ſaluare
deus. ¶ Monicus ¶ Intelligo volucer ·R·
materia hāc de timore ꝛ ſpe latā eſſe. vel/
lem traderetur ſub compēdio mod⁹ quo
precipue ſpes ſtabilitur. ¶ Volucer:
¶ Nimirum ſtabilitur a deo/ cuius ſupna
turale donum eſt. Sed ſi particulari⁹ ali
quid exigis. inuenit̄ quadruplex medita
tio que velut in tetragono firmiſſimo ge
ſtat ſpem. Una meditatio eſt diuine iuſſi
onis vt ſperes. Altera diuine promiſſio/
nis ſi ſperes. Tertia immēſe dei pietatis
ne deſperes vnq̄ꝫ de ſuis miſeratōnibus.
Quarta proprie fragilitatis/ne ſperes in
te vel proprijs viribus. ¶ Dic igitur co
gitationi tue ſolicitāti ſpem deſerere. dū

non facis certam vocatiōem tuā/ ꝑ bona
opa/ quotidie corruēs de peccato in pec/
catum. ingerēti proinde ne ſis de multis
vocatis ⁊ non electis/ſicut vita tua ſimi
lis eſt multoꝝ. Hic reſpondēs/ ꝙ obedis
iubēti deo qui mille locis ſcripture ſacre
precipit vt ſperes in eo. cui dicito. Exur/
ge dn̄e deus in p̄cepto quod mādaſti. ꝓij
cio me in te iubente te. nō es crudelis aut
fallax vt abijcias me: iuncta p̄ſertim mul
tiplici ꝓmiſſione tua/ qua ſperātibꝫ in te
pollicitus es ꝙ liberares eos: eripes: ſal/
uares ⁊ glorificares. Cuius demū tā im/
mēſa pietas eſt. vt nullis peccatis etiā in
finitis ſi ꝯmiſiſſem ea ſolus/ vinci poſſit
hic in via. Quod ꝙ interpoſuiſti cū imo
bilitate cōſilij tui iuſiurandū. vt ꝑ duas
res immobiles ſicut loq̄tur apoſtolus tu
us quibꝫ īpoſſibile eſt mētiri te/ nos for/
tiſſimū ſolatiū habeamꝰ ad tenendā ꝓpo/
ſitam ſpem. Quis eni ſis inobligabilis a
creatura tua rōnali/quicq̄d agat ꝑ te vel
erga te. voluit tamē dignātiſſima conde/
ſcenſio tua: cōmerciū quoddā habere cū
hominibꝫ/vt bene de te mereātur ſi iuſſa
tua ꝯpleuerint/⁊ in te ſperauerint/ qui fi
delis es ⁊ teip̄m negare nō potes. Hec tu
ita deo. ¶ Poſtremo dū propria fragili/
tas obijcit vt deſperes. deſperes volo. ſed
de te ⁊ in te qui homo ⁊ caro es. nā male/
dictus homo qui ꝯfidit in homine/⁊ po
nit carnē brachiū ſuū/⁊ a dn̄o recedit cor
eius. ¶ Sed hic occurrit trepida cogita
tio dicēs. qua ratōe conabor declinare vi
cia. virtutes adquirere. ſeruare mandata
dei. ſine q̄bus ſperare vitā ingredi/ iā nō
ſpes eſt ſed arrogās ⁊ infidelis p̄ſumptō:
Conaberis prorſus. ſed in adiutorio al/
tiſſimi. ⁊ millies victus. millies conaberiſ
eo quidē amplius ⁊ certius/quo nulla ti
bi ſupereſt fiducia de ꝓprijs opibus. Pro
pterea dicturus Salomon finē contio/
nationis ſue dū ꝑferre vellet. Serua mā
data premiſit. deū time. quia videlicꝫ ab
·S· ipſo eſt bonū vel velle vel ꝑficere. ¶ Do
nicus. ¶ Retineo ꝙ in ſoliloquijs ſilia
de ſe cōfeſſus eſt Auguſt. Sperabā inq̄t
aliquādo in virtute mea que nō erat vir/
tus. Et cū ſic volui currere/ vbi magis ſta
re credebā/ibi magis cecidi. factuſq; ſum
magis retro q̄ ante. Dicebā enim: hoc fa
ciam. illud ꝑficiam. fiebatq; poſt: nec hoc
nec illud. quoniā de meis viribꝫ ꝯfidebā

Nunc autē confiteor tibi dn̄e rex pat̄ celi
⁊ terre. quoniā non in fortitudine ſua ro
borabit̄ vir. vt nō glorieẗ ante te ſtulta p̄/
ſumptio oīs carnis ¶ Volucer. ¶ Tra/
ducit aduena noſter meditatōem hāc eti/
am vſq; ad angelos ⁊ ſanctos/ dum atten
dunt horrorē diuinorū iudiciorū in dā/
natis. Canimꝰ enī ꝙ tremūt angeli atq;
archangeli. tremūt intellige: nō ex fortitu
dine ſue dānatōis/quibꝫ ineſt glorie ſecu
ritas. ſed eo magis ex alioꝝ dānatione. q̄
ſi ſi tremerēt ⁊ pauerēt in ſe deficiētes/re/
ſiliunt in adiutorē vnicū deum: adheren
tes ei/ ſe fragiles ⁊ nihilo ſimiles reputā/
tes ſine eo. Addidit de hūanitate xp̄i ꝙ ſi
cut ineſſe ſuppoſitali/ſic innitit̄ ꝑſonali/
tati filij dei ꝙ propriā deſerit/nec ī ſe ſub
ſiſtit. ita ineſſe gratie vel glorie innititur
deo/ꝙ nullatenus in ſe. Et ita de ſanctis
quanto ꝑfectiores: tāto humilius ⁊ reue
rentiꝰ in adiutoriū dei reſiliūt ¶ Quo cō
tra de reprobis. q̄ magis refugiūt a deo ⁊
ad ſe cōfugiunt: quo dānabilius puniūt̄
q̄m̄ in ipſis eſt amor ſui/ vſq; ad contem/
ptū dei. ſicut in alijs eſt amor dei: vſq; ad
contēptum ſui. ¶ Deniq; ſpes velut an/
cora. quanto minꝰ in arenulis fragilibus
⁊ fluidis humani auxilij figit̄/ tanto ſoli/
diꝰ ⁊ certius ſupra firmā petrā (que xp̄s
eſt) defixa ſtabilitur ¶ Et ſi queſierit ali/
quis. q̄d igit̄ de illis quos nō ſaluat deꝰ:
Reſpōſum habeat ꝙ velut animalia pro
pter hoīes creata ſunt: ad obſeq̄orum va
rietatē/illa blandiēdo/iſta ſeuiēdo. intel/
ligere ſic habemꝰ propter electorū ſalutē
preſcitos eſſe formatos/ ſiue nocere ſiue
obſequi conētur/vt non glorieẗ om̄is vel
obſequēs electꝭ/vel aduerſans eis Neq;
tamē ita ſunt accipienda q̄ dicta ſunt: q̄ſi
tollatur libertas arbitrij Fortificat̄ ſiqui
dē magis ⁊ inſtituit̄/ſed in deo viuifican
te ꝑ gratiā. que eſt velut anima quedā vi
tam habēs in potentia ad vitā ſecūdam.
ad meritoriā videlicet opatōem. Itaq; ſi
cut opatō animalis p̄ſupponit eſſe natu/
re. ſic opatō ſpiritualis vitā gratie ¶ Sꝫ
neq; audiendus eſt Cicero. q̄ vt libertatē
in hominibꝫ ſtatueret/abſtulit a deo pro
uidentiā. Neq; rurſus ex aduerſo recipi/
endꝰ alter. qui diuinā prouidentiā ſic in/
ſtituere voluit/vt arbitrio noſtro neceſſi/
tatē imponeret. Pro nefas etiā in pecca/
tis dicēs deum velle ⁊ facere nos peccare

in manifeſtationē glorie ſue. Porro viam
mediā ꝛ regiā tradit theologia reuelata fi/
de ſubnixa. q̄ gradiēdū eſt etiā vbi ratioci
nationis ꝯrie diſſolutio plena nō pateret.
·T· ¶Monicus. ¶Exiſtimo ꝙ has ſn̄ias nec
inexpti ſatis capiūt/nec expientiā dare po
teſt induſtria/niſi ꝑueniēte in bn̄dictioni
bus dulcedinis ꝛ coopante dei grā/ineffa
bili valde mō. Et hoc ē dei donū ſcire a q̄
poſtulāda ſit ꝛ impetrāda talis grā. Mul/
ta eni dicim⁹ ꝛ deficim⁹. verbū aūt abbre/
uiatū ꝛ ꝯſummatū facit ſapiētia/ dū i ani/
mas ſanctas ſe trāffert. delicias ſuas cōpu
tans eē cū filijs hoim. in quibꝫ bn̄placitū
eſt deo/qꝛ ſperauerūt ſup miſcdia ei⁹. Sꝫ
ecce iam adueſpaſcit ꝛ inclinata ē dies qn̄
ad ſe me vocat op⁹ dei/ſimul ꝛ vie laſſitu/
do quietē te petere ſuadet. Expectet̄ p reli
quis( multa eni querēda ſupſunt )ſequēs
dies. ¶Volucer ¶Expectet̄ placet ſi pri⁹
audieris ſub exēplari modulamie/q̄lis ſit
vt cū recogites/germani tui ſtatus.

## ¶Quintū et vltimū

metrū primi libri dactilicū tetrametrū hy/
percatalecticū. currit cū quinto quarti de
conſo. phi. Boetij Si quis arcturi:

Vlus e multis nauta profundo
Dum regit nauē. ventus ꝛ imber
Et procellarum turbida moles
Si repētinis motibus vrgent
Proximaꝫ nautis crebro minantes
Naufrage cladem mortis adeſſe
Nititur/fiſus arte magiſtra
Nil inexpertum corde pauenti
Segniter linquens omnia ſolers
Temptat/vt nauis litora captet
¶Si mali vero tanta moleſtat
Seuiens peſtis/iamqꝫ latratu
Terret auditum ſcilla canino/
Attrahens gulpho cuncta voraci
Non opem poſſunt ferre ſodales
Pars et in preceps vltro laborat
Scitqꝫ nauclerum ſtertere puppi
Obſtupet talis quis/nihil vltra
Viribus fidit/ſpes nec in arte eſt
Reſpicit celum vota deo dat
Aut mari ſeſe deijcit alto
Nudus enatans. ſi ſcopuloſum
Prominens ſaxum ſuſcipit ipſum
Vel ſinu tuti conditur antri
Laudat excelſum/gratior illi
Dicit euaſi ſorte benigna

¶Ob reſeruatum ſanctius olim
Obſequi fas ſit xp̄e tibi me
Rurſus aut ſi me nauigio das
Vtar illo fac proſperiore.
¶Explicit liber primus:

## ¶Incipit liber ſecū/dus.

Proſa prima. ¶Monicus.

Ecce nobis/ o volucer/altera ·V·
dies fulſit illa ꝯtinuaueris ꝑ
cor effari/q̄ cepta ſunt ¶Vo
lucer ¶Meminiſti puto ſub
quali ſilitudine finē accepit
heſterna collocutio. Nō oino diſſimiliter/
nūc aduena nr̄ ex ꝑcella publici ciuiliſqꝫ
naufragij ꝯſulte fugiēs/ in locū ſatis abdi
tū/velut in quādā ſecuritatis inſulā ſe rece
pit. Illic more ſolitarij ſedens leuat ſe ſup
ſe. theologiā habēs ꝯſolatricē/que doctrix
eſt diſcipline dei ꝛ electrix operū illi⁹. q̄ ſo/
brietatē ꝛ prudētiā docet ꝛ iuſticiā ꝛ virtu
tem/quibꝫ vtili⁹ nihil ē in vita hoibꝫ. Hec
erigit ad ſpem futuroꝝ/ quēadmoduꝫ teti
gimus/aſſerens ꝙ nō ſunt ꝯdigne paſſio/
nes hui⁹ tpis ad futurā gloriā que reuela/
bit̄ in nobis. Addēs ꝙ ſpes non ꝯfundit.
ita tn̄ ſi ſit vera ſpes. nō ficta. nō fallax. nō
temeraria. ¶Eſt itaqꝫ repromiſſio neq̄ſſi
ma/fallēs q̄ꝫ plurimos blādiētes ſibi vtere
mūdo dum etas florida eſt/ꝯuerti poteris
cū voles/tanq̄ꝫ videlicet ex proprijs viribꝫ nō
dei dono fiat ꝯuerſio. ¶Sūt ꝛ alij q̄s eo
periculoſi⁹ q̄ ſubtili⁹ decipit eſtimatio ſua
dū caſus peccatoꝝ varios q̄s ꝑpetiuntur
emēdare nō curāt. vtunt̄ poti⁹ ad ſupbiaꝫ.
reputantes ſimile aliq̄d ſecū fieri cū ap̄lo/
cui dat⁹ ē ſtimul⁹ carnis. ne magnitudo re/
uelationū extolleret eū. cis aūt ſicut aiunt
ne magnitudo virtutū. ¶Ab alijs migrat
Judas. i. ꝯfeſſio ꝓpter multitudinē futu/
tis. Tedet eni ꝛ pudet eos totiēs ad ꝯfeſſo
res deducere lapſus ſuos/ a q̄bꝫ abſtinere
vel nequeūt dn̄o ꝑmittēte. vel nō ſatis vo/
lūt ¶Sūt q̄s ſcrupuloꝝ inq̄etudo/ꝛ cor/
dis puſillanimitas ita ꝑturbat vt vix reli/
ctus ſit i eis ſpei loc⁹. ¶Sufficit alijs ſci
re de ſpe ꝑ intellectū diſſerere/ dicentibꝫ in
deo ſolo ſpem eē reponēdā q̄s neſciat. veꝝ
apud tales null⁹ pene ſpei vel ſenſus vel ef
fect⁹ ē. ¶Inuenies alios ſperātes in miſe
ricordia dei/q̄s ad hoies nulla flectit miſe
ricordia. venia nulla pꝫ. ¶Quid ꝙ deſpe
rāt alij de dei bonitate/ ſi non ſuauitatem

dulcedinis ſue expimẽto iugi guſtẽt. quaſi
iam cẽvelint nõ ſpe ſed ipa re beati/ ꝛ poſſi
dere hereditate ſanctuariũ dei. neqꝫ eſſe in
laboꝛib⁹ hoim/neqꝫ cũ hoib⁹ ꝑ tẽptatões
flagellari. ¶ Alios videre eſt dũ eos pau/
lulũ viſitat de⁹ in opulento ꝛ intimo bone
ſpei ſenſu ꝓtinus extolli/ſibi magnos eſſe
pꝛopꝛie vite negligentes/et ſeueros aliene
cenſoꝛes/arrogãtioꝛes demũ/vnde humi/
lioꝛes coꝛaꝫ deo ꝛ hoib⁹ ꝛ ſibi vilioꝛes eſſe
debuerãt. Quid poꝛro dicem⁹ de duplici/
bus coꝛde qui duab⁹ vijs niti volũt. ſpem
in mundo ponere. ꝛ ſpem in celo collocare
cupientes. Quid rurſus de ingratis largi/
toꝛi deo/ꝓ omnib⁹ bonis vel nature vl' foꝛ
tune vel grẽ. Qui vtinã ſaperẽt illã ſapiẽ/
tis graue vocẽ. Ingrati ſpes tanqꝫ hiber/
nalis glacies euaneſcet. ¶ Alioꝝ vox iſta
eſt. certus ſum me ſaluandũ. neqꝫ eni fecit
me de⁹ vt dãnaret/qui vult oẽs homies ſal
uos fieri. ¶ Maioꝛ eſt iniqtas mea dicit
ali⁹/imitatoꝛ Cayn/qꝫ vt veniam merear.
qd conaboꝛ. qd ſperabo? ¶ Laxis habe/
nis vtit alter certã dãnationẽ ſuã ꝓ incerta
faciẽs. quicqd inqt egero bonũ ſit aut ma
lum/qð de me ſtatuit de⁹ illud fiet. Miruꝫ
vero cur nõ vtit argumẽto ſimili dũ medi/
cinã vt ſanet vel cibũ vt viuat ſumere mo/
netur. q2 pſciuit vtiqꝫ deus/qñ moꝛiet aut
viuet? ¶ Monicus ¶ Beat⁹ eſt volucer/
cui⁹ eſt vere nomen dñi ſpes eius. ꝛ non re
ſpexit in vanitates ꝛ inſanias falſas/ qua/
les cõmemoraſti. Sed reuertoꝛ ad adue/
nam noſtrum. Nõne queſo retoꝛquet fre/
quens ſue ꝯſiderationis oculos ad pteri/
ta/que vel ptulit vel alioꝝ exemplo pferre
potuit? ¶ Volucer ¶ Retoꝛquet quidẽ/et
id crebꝛo grãs inter triſticiaꝫ ſimul ꝛ gau/
diũ. ſpem ꝛ metuꝫ agens deo. nihil ſolicit⁹
iuxta monitõeꝫ apli. niſi vt petitiones ſue
innoteſcãt apud deũ/ꝓ ſua ſuoꝝqꝫ libera
tione. conſolatione. ꝛ ſalute. ¶ Monicus
¶ Iuſte vero grãs agit. quis eni nõ eũ fe/
licem ex hoc vno ſi cetera deeſſent/ iudica/
uerit ꝙ defoꝛmiſſimã ꝛ hoꝛridã nedũ ciui/
tatis pclariſſime. ſed toti⁹ regni nuꝑ floꝛẽ/
tiſſimi deſolationẽ/ non dicã experiri in ſe
ſed nec oculis inſpicere cõpellit? Nõne le/
gimus Auguſtinũ ea tempeſtate q obſide
bat ciuitas ſua/poti⁹ moꝛtẽ a dño petijſſe
et impetraſſe ꝓ magno munere. qꝫ ꝙ mala
gentis ſue coꝛã cernere cogeret? Hic ꝛ ma/
tathias pꝛinceps dũ videret mala que fie/
bãt in pplo iuda ꝛ hierlm. Ve mihi ait. vt
qd nat⁹ ſuꝫ videre ꝯtritõeꝫ ppli mei/ꝛ ꝯtri
tionẽ ciuitatis ſancte. ꝛ ſedere illic cũ dat' i
manib⁹ inimicoꝝ. Nota ẽ hiſtoria de cato
ne q moꝛtẽ cruẽtã inferre ſibi maluit/qꝫ in
diſcidio ciuili viuere/ipmqꝫ videre tãte tẽ
peſtatis auctoꝛẽ. ¶ Volucer ¶ Eſt vt di/
cis monice. Ponit nihilominus crebꝛo ꝓ
oculis coꝛdis ſui/qt indigniſſimas ſubſã/
natões. qt oppꝛobꝛia peſſimoꝝ. imo foꝛ/
taſſe carceres ꝛ vīcula. multos ex innocẽti
bus caris ſuis. ꝓ fide. ꝓ iuſticia. ꝓ pace rei
publice. ꝓ integritate regal' dominij/ꝑpeti
neceſſe ẽ. Quinetiã videre ſibi videt/non/
nullis h accidere eo dũtaxat ꝙ ſibi vel affi
nitate vl' familiaritate vel cauſe ſilis defen
ſione/pariqꝫ zelo ꝯiũcti ſũt. Eis obtectari
ꝑterea/ꝙ mag mali radix ꝛ oꝛigo ab illo ꝓ
ceſſerit ꝛ aucta ſit. Veniſſe aũt xps qñ iudi
ciũ cũ ſuis recipiet/imo ꝛ refuga faci⁹. exul
ignomioſus ꝛ abiect⁹/nec aſpectu publico
dign⁹/iã recipi. ¶ Atuero traijcit has ꝛ ſi/
miles ꝯtumelias/i ſpem vite eterne/ſciens
ꝙ nõ ẽ ſeru⁹ maioꝛ dño ſuo/quẽ nedũ beel
zebub appellarũt/ſꝫ ad moꝛtẽ vſqꝫ ꝑſecuti
ſũt. Foꝛmidat ꝓinde ꝙ apud deũ nõ ſit di
gnus habit⁹/q cũ alijs ſilia pateret. aut tẽ/
perauit i illo flagellũ ſuũ q vincit i marty/
rib⁹/ꝓcẽdo ꝯfeſſoꝛib⁹. Aut noluit benigni
tas ſua addere triſticiã ſuꝑ triſticiã/ſuis ꝓ
ſe oꝛãtib⁹ amicis, nec veritatẽ in ei⁹ oppꝛo
bꝛio vehemẽti⁹ ꝯculcari. Aut ad extremuꝫ
reſuat ipm ad alia certamina. Aut ita fieri
voluit/qtin⁹ i ſolitudine qdã ſegregat⁹ exer
citet liberi⁹/ꝛ ſcopat ſpm ſuuꝫ/recogitans
oẽs ãnos ſuos i amaritudie aie ſue/vt ſan/
ctius deinceps ad anterioꝛa ſe extẽdat.
¶ Monic⁹ ¶ Spero volucer ꝙ vtet oia in bo
nũ de⁹. cui⁹ ſapia attigit a fine vſqꝫ ad finẽ
foꝛtit'/ꝛ diſponit oia ſuauit'/qlẽ ei comiteꝫ
eſſe ꝓmemorat⁹ es. ¶ Volucer ¶ Cõfidit
talit' euẽtuꝝ ſibi deo ꝓpicio. ꝛ i hac medita
tione ꝯſtituit alterã ſue ꝯſolatõis cãm pci
puã/q verſat i reuelatõne regimis mũdi/ꝑ
ſcripturã ſacrã q deo dicit. oia in ſapia feci
ſti. Et rurſus Oia quecũqꝫ voluit dñs fecẽ
in celo ꝛ i tra i mari ꝛ i oib⁹ abyſſis. q volũ/
tas ſicut ſꝑ efficax. ſic ꝛ iuſta ẽ/ſine q factũ
eſt nihil/vſqꝫ adeo ꝙ neqꝫ foliũ ab arboꝛe
neqꝫ paſſer i terrã/dicẽte xpo/cadit ſine ea.
Vehemẽs ꝓſus h ẽ diuine libertatis i omi
actõe ꝯcurrẽtis expſſio. Cui volũtati nrã
vt ꝯfoꝛmet optet. Nã qs es o bõ/loquitur

theologia/ q̄ diuine volūtati pſumis obſi/
ſtere/ vl' aduerſus eā temerari⁹ murmurare
Uide q̄d equi⁹ ē. Aut te volūtati diuīe cō/
formādo ſubdere. Aut ꝙ ipa tue ſubſuiat
volūtati. ¶ Hāc ſolidā de diuīa ꝓuidētia
veritatē ſi phia plene potuiſſ3 attigere/ vel
ſuis eā ſectatoribꝫ demōſtrare/ theologia3
ſupaddi ꝑ reuelatōe3 nō ita neceſſe fuerat/
ꝗuis voluerit alios de⁹ ꝗ̄ phos ꝯgnitōis
hui⁹ ſaluberrime ꝑticipes fieri. Phis vero
ſic eueīt vt maioꝛ eoꝝ numer⁹ poneret deū
nō minoꝛi neceſſitate/ ꝗ̄ ſolem agere quic/
quid agit. Unde ſic libet depꝛomere.

## ¶ Pꝛimū metrū ſecū

di li. dactilicū adoniū dimetrū catalecticū
currēs cū vltīo pꝛimi ꝺ ꝯſ. phi. nubibꝫ atrꝭ

Sol radianti
Luce coꝛuſcus
Lumina fundit
Semper eodem
Miſſa tenoꝛe.
Neſcit auaros
Condere vultus
Non ſibi fas eſt
Quin ſua virtus
Largiter omnis
Influat oꝛbi
¶ Philoſophantum
Turba pꝛioꝛum
Lege cohercet
Hac dominantem.
Libera dicunt
Non ſibi vis eſt
Influa mundo
Qua valeat plus
Aut minus vti.
Perpetuata
Lege gubernans
Jugiter vna
Mens ſua fato
Stringitur arto.
¶ Ergo rependi
Gratia qualis
Debet eidem
Id quia pꝛeſtat.
Pꝛeſtet opoꝛtet.
¶ Uana quid oꝛes
Flectere querens
Ad tua vota
Qui manet idem.
¶ Deuius erroꝛ
Iſte/ ſacrate
Religionis
Deſtruit omne
Robur et aufert
¶ Sed nec egere
Crede ſupꝛemum
Quocꝫ creato
Sat ſibi laus eſt
Ut placet et vult
Dat ſine motu
Cuncta moueri

## ¶ Secunda pꝛoſa ſe/

cundi libri

Philoſophia volucer nūq̄d nō
apō Boeciū vtrācꝫ ponit ꝛ ſal/
uat libertate3/ dei vic3 ꝛ nature
cuiuſlibet vītētis rōe. ¶ Uolucer // Coſti
tut⁹ i ſupioꝛi lumīe potuit ita videre Boe/
ti⁹ q̄lit' nec platonici nec ſtoici i lumīe ſolo
phie ꝯſati viderūt. Alioq̄n ꝑpetuitatē mū
di/ vt alio mō nō attingā/ neq̄ꝗ̄ demōſtra
re conati fuiſſent/ ex carentia libertatis ad
vtrūlib3 pꝛime cauſe. de q̄ canit theologia
dixit ꝛ facta ſūt. mādauit ꝛ creata ſūt. Nec
mirādū ħ in phis q̄ ꝑfectōe3 ꝛ actōe3 pꝛīe
cauſe venabāt' ex inſpectōe creature viſibi
lis/ in q̄ nō eſt ꝑ experimētū repire/ ꝙ aliq̄ ſit
aut poſſit eē creatō. Hinc ꝑ pꝛicipio ꝑcre/
bruit apō eos ex nihilo nihil fieri. ſ3 ħ ali/
bi lati⁹ tractāda ſūt. Et amplectēda theolo
gie traditō ꝑ ſcripturā reuelatā ꝙ diuīa vo
luntas agit ad extra libere. ꝯdictoꝛie/ et ad
vtrūlibet/ ſic hiſtoꝛial' ꝛ ꝓphetic⁹ ſcripture
decurſus palā mōſtrat. Cui⁹ rō ē quā phi
vel negauerūt vel neſcierūt. De⁹ q̄ppe nō
ideo vult res ad extra fieri qꝛ bone ſūt/ quē
admodū mouet' hūana volūtas ex obiectō
ne boni veri vel apparētis. Eſt e3 poti⁹ ꝙ
ideo res ad extra bone ſunt qꝛ de⁹ vult eas
tales eē/ adeo ꝙ ſi vellet eas vl' nō eē vl' ali
ter eē. id q̄3 iā bonū eēt. Propterea bn̄ enū
ciauit magn⁹ Ambꝛoſi⁹ poſt Baſilium/ ꝙ
volūtas diuīa nature pꝛima lex ē. Deniqꝫ
volūtas etiā creata ſi ꝯcedat' immobilitati
circa volitōe3 alicui⁹ boni ħ nō ē niſi reſpe
ctu finis. ꝛ eoꝝ ſine q̄bꝫ finis haberi n̄ pōt
Quis vero negauerit diuinā volūtatē nō
aliū habere finē quē velit/ niſi ſe. qm̄ ꝓpter
ſe fecit oīa. ꝛ ꝓpter ſe erat anteq̄ꝫ fierent oīa.
qualia ꝯſtat non eſſe neceſſario ꝯnexa ad
volitionē ſeu ꝯſecutionē finis hui⁹/ quare
nec neceſſario volita ſūt. ¶ Sec⁹ i coicatō
ne diuinaꝝ perſonaꝝ ad intra/ que in ſua

neceſſitate ꝯſiſtit ſicut ĩ ſua neceſſitate vult
ſe deꝰ. Qualis itaq̄ reputāda eēt diuina ꝑ/
fectio/ ſi ex ꝓductōe creaturarū depēderet:
quas ĩ ſui ꝯparatōe ꝯſtat eſſe q̄ſi nihilū et
inane. Ita vt mirādū potius videat̃ imen
ſam ꝑfectōe3 fuiſſe dignatā res tāte impfe/
ctionis/ ⁊ cuiuſda3 vilitatis ꝓducere ac re/
gere. q̄s ſi repēte deſtrueret vel in vnū con/
funderet. quis ei dicere poſſet. cur ita facis
¶ Quinetiā theologia volēs ampliꝰ capti
uare oēm intellectū in obſequiū fidei ꝓpo/
ſuit in memoriā diuinoꝝ mirabiliū/ eſca3
quā dedit dñs timētibꝫ ſe in euchariſtie ſa
cramēto/ vbi relucet incōprehēſibiliter ꝙ
ſuꝑ oēm ſenſu3. ſuꝑ oēm nature cōis ordi/
nē/ deus pōt/ ſcit ⁊ vult q̄tidie mirabiliter
A. opari. ¶ Ad ꝯſolationē igit̃ aduene nr̄i p
recogitatis alioꝝ calamitatibꝫ ⁊ anguſtijs
theologia ſumit initiū a prima ⁊ ſupma cā
que deꝰ eſt. In cuiꝰ ditione cūcta ſunt poſi
ta. ⁊ nō eſt q̄ ſue poſſit reſiſtere voluntati.
Dehinc ad inferiores effectus ſe deflectit.
Phia vero ꝯuerſu3 vt ſepius ꝓceſſu3 reti/
net ab inferioribꝫ et cognitis/ ad ſupiores
et latētes cauſas/ ductu rōnis ſe ſubleuās.
¶ Occurrit aūt primitꝰ in h̄ ꝓceſſu mirabi
litas rerū infra labētiū. variabilitas ſortis
hūane/ q̄ nunq̄ in eodē ſtatu ꝑmanet. De
niq̄ ꝯfuſio quedā ⁊ impfectio eoꝝ oīm q̄
mūdus inferior oſtētat vt ſūt diuitie. opes
dignitates. regna. gloria. voluptates q̄ fre
quētius in ꝯtraria dilabūt̃. Sed inchoat
protinꝰ ab alto ꝑegrinus nr̄ fide fultus. Et
q̄m ſicut ſolēt maiores motꝰ impedire mi/
nores ita grauioris mali recogitatio ſuffe
rentiā leuioris facit eq̄nimiorē. Vult ecce
ſupmus iudex deus ꝓut edocet theologia
ꝙ ab initio mūdi vſq̄ hodie ⁊ ĩ ſecula/ ſup
plicijs infernalibꝫ āgeli multi ⁊ hoīes cru/
cient̃. vult alios in purgatorij locis penis
tradi. ꝯqueri ñ audes neq̄ debes/ vult aūt
viatores hoīes tribulatōnibꝫ multis exer/
ceri. Tu q̄s es qui querulando ꝯtradicas
Quid magnū ſi corruūt ⁊ pereūt q̄nq̄ pi/
tura. ſi moriunt̃ aliq̄n morituri: Hoc vero
magnu3 eſt elaborare q̄ fine ꝯcludat̃ vita/
ſemꝑ victura/ vel ĩ ſocietate beatoꝝ vel in
dānatoꝝ calamitate. ¶ Monicus ¶ Sē
tio volucer ꝙ ĩ alienoꝝ ſicut ⁊ ĩ ꝓprioꝝ ma
loꝝ meditatōe/ ꝯtentꝰ nō eſt aduena nr̄ in/
fima ſectari ſcādit ꝓtinꝰ ad ſupma velut in
arcē ſupra quā nō eſt altera. videat aūt ne
cadat. Eſt enī vt aiūt lapſus iſte ſapiētū ꝯ

prouidētia dei cū arbitrij libertate. Vide/
at inſuꝑ ne dū fragilibꝫ ⁊ caligātibꝫ oculis
incircūſcriptibile lumē nitit̃ attingere/ de/
mergat̃ ĩ tenebras dēſiores exēplo nictico
racis/ q̄d inducit Areſto. ad nitidiſſimam
ſolis lucē. ¶ Volucer ¶ Curat̃ eñ monice
fides illuminās tenebras ſuas/ ⁊ aciē men
tis inualidā ſua luce colluſtrat/ vt in tā ex/
cellenti lumīe figi poſſit/ eiq̄ ſit delectabi/
le. iocundū. ⁊ ſalubre/ videre lumē diuinū
q̄d abſq̄ ea odioſu3 foret noxium ⁊ triſte.
Proinde iā accepiſti q̄d de cogitatōne ne
dū aliene ſed ꝓprie dānationis agit. ¶ Ve D.
rūtñ ad intelligētiā huiꝰ rei ne vel incredi/
bilis vel ſcādaloſa ſit ad cognoſcēdū. Pre
terea q̄liter ⁊ in q̄bꝫ hūana volūtas diuine
debeat ꝯformari/ rememorāda ē diſtinctō
de triplici volūtate/ ꝓut ad oēm appetitu3
nomē volūtatis ſe ꝓtendit. ¶ Eſt in ſupre
mo ꝓprie dicta volūtas rōnalis inſita por/
tioni ſue ſupiori/ q̄ ad leges ꝯuertitur eter/
nas. vel ad vnicā potiꝰ eternitatis legē ſua
fecūditate ſeu virtuoſitate multiplicē. Eſt
enī iuxta ſapientē dei ſpūs vnicus ⁊ multi
plex. Hec volūtas ita ſemꝑ ꝯformis eē te/
netur diuine volūtati cognite/ vt aduerſuſ
beneplacitū ſuū nunq̄ remurmuret quaſi
vel iniuſta ſit/ vel irrōnabilis aut incōpo/
ſita/ crudelis ⁊ inuida. Hec volūtas ĩ bea/
tis ſpiritibꝫ ita diuīe ꝯiūcta eſt immobili/
ter/ vt ſicut ipi cū deo vnꝰ ſunt ſpūs. ita ſit
vnū velle ⁊ vnū nolle/ q̄d amicoꝝ eſſe ꝓpri
um etiam phia tradit. Hinc ꝑ pſal'. Abſor
pti ſunt iuncti petre iudices eoꝝ. Que pe/
tra xp̄s eſt ⁊ deꝰ. q2 xp̄s deꝰ cui ſancti iudi/
ces ſeculi ita iūcti ſunt vt abſorpti videan/
tur in deo ⁊ vnū facti in ꝯmunione volun
tatū cū eo. Porro volūtas h̄ ĩ viatoribꝫ bo
nis diuīe volūtati cognite. licet mobiliter:
ꝯformis ē/ orās ex inſtituto xp̄i. Fiat volū
tas tua ſicut ĩ celo ⁊ ĩ terra. q̄d in orōne ſua
ſeruauit dicēs in agonia poſitꝰ. Abba pr̄:
oīa poſſibilia ſūt. trāffer hūc calicē a me. ſ3
nō q̄d ego volo ſ3 q̄d tu. Cōſiſtit in hac cō
formitate ⁊ applicatōe volūtatꝭ ad primā
et inobliq̄bilē regulā diuine volūtatis re/
ctitudo cordis nr̄i/ quā ꝯſequit̃ exultatio/
leticia/ pax/ iocūditas/ ac vniuerſalit̃ oē bo
nū/ q̄d vidēs in ſpū ꝓpha clamauit. Qua3
bonꝰ iſrael deꝰ his q̄ recto ſūt corde: Quo
ꝯtra peſſimꝰ iudicat̃ deus ab habētibꝫ cor
diſtortū/ q̄lit̃ ē ĩ hoībꝫ malis hic ĩ via. flexi/
biliter tñ. in dānatis vero cū obduratione

ſempiterna. ¶ Altera volũtas ẽ iſerta portõ
tioni rõis inferioris. q̃ q̃dẽ altera dr̃ nõ in
ſubſtãtia. ſꝫ qꝛ ꝯuertiť ad leges vel res infe
riores/elõgata quodãmõ a prima luce/ vir
tute eo tenebroſior ⁊ debilior effecta/ q̃ ma
gis ac magis i inferiorꝝ oblectatõe ⁊ viſio
ne ſe ꝯuertit innectit ⁊ demergit. Ita vt ne
queat qñq̧ oculos tenebris aſſuetos/ i ſu
pernã veritatis lucẽ attollere. Sicut ocu
lus carnis poſitꝰ ⁊ recluſus vbi ſol materia
lis occidit vel occaſui ꝓximꝰ ẽ caligat. hãc
volũtatẽ inferioris portionis qñq̧ voca
mus appetitũ ſenſualẽ nõ generaliť/ ſꝫ put
natꝰ eſt obedire rõni. ⁊ ita liber ẽ ꝑ partici
pationẽ. Scdm̃ quam voluntatẽ ꝑmittit
nos deꝰ multa velle vel optare fieri/ quorũ
oppoſita vult abſolute diuĩa ſua volũtas
vt pius filiꝰ bona volũtate vult patrẽ viue
re/ quẽ deus mori ſtatuit. Hec tñ̃ in tantũ
recta eſt ſi volũtati ſupioris rõnis/ ſicut il
la diuine/ nequaq̄ꝫ remurmuret. ¶ Tertio
modo ſub volũtatis noĩe late ſumpto cõ
plectiť oĩs appetitꝰ/ qui nõ ꝯiunctã ratio
nẽ ſequi hꝫ. vt eſt in hoĩb3 de duplici volũ
tate priori. ſed regiť ⁊ dirigiť tm̃modo/ q̃ſi
regulata ab intelligẽtia infallibili que deꝰ
eſt. qui ſic res ordinat/ vt eas ꝓprios motꝰ
agere ſinat. Propterea volũtas hec nullo
pacto ꝯ̃ria põt eſſe vel aduerſa diuine vo
lũtati. cuiꝰ ſolius influxũ vel inſtinctũ ꝯſe
quiť. Quo fit vt in brutis nõ habẽtib3 con
iunctã ſibi rationẽ culpa careant motꝰ ſen
ſuales/ quales in ſingulis varianť ſꝫm na
turã huiꝰ ſpẽi vel illiꝰ/ q̃s oẽs in hoĩb3 q̃dã
modo aggregatos inſpicimus.

.a. ¶ Secundũ metrũ ſe

cundi li. dactilicũ archilochium ꝯſtans te
trametro buccolico ⁊ trib3 trocheis. cõcor
dat vltimo boetij. Quã varijs terras. ſi cõ
binenť linee due in vnũ verſum.

Quot ſubiecta modis animalia
Paſſionibus ſunt
Crudelis leo. tigris ⁊ aſpera
Trux aper furore.
Indomitus ſiluas onager colit
Unicornis atrox
Laſciuit vitulus. petulans caper
Et equus ſuperbus
Aſtus fraus vulpi. lepori timor
Os vorax lupis eſt
Timidus eſt catulus. ſus ſordida
Tardus eſt aſellus
Urſa ferox. prudens elephas/ ſibi
Caſtitas amica.
Turtur fida pari ſimplex quoq̧
Stulta corde perdix
Pauo glorius et zelotipus
Eſt auara cornix
Felle columba caret. canit omina
Bubo dira planctu
Eſt apis arguta mira facit
Arte mel fauosq̧
Prouida ſe formica regit/ pigra
Uult cicada ſoles
Niſus aues. lucius piſces rapit
Eſt odor vulturi
Pugnaci gallus eſt pectore.
Miluus eſt inerti
Quis philomena modos veſtros capit
Ac alauda veſtros
¶ Tales innumeras animalibus
Inditas videbis
Conditiones/ quas natura dat
Alma cuiq̧ ſparſim
Omnia ꝑpulcro regit ordine
Noxia nulla culpat
Nullus et error ineſt/ induſtria
Cuiq̧ mira valde
¶ Aſt hominis ratio complectitur
Omne tale ſparſim
Per varias ſpecies rectrix data
Cui neceſſe cunctos
Affectus iuſto moderamine
Temperet regatq̧
Si renuit peccat/ fit ſeruaq̧
Turpiorq̧ brutis
¶ Stet ratio/ fiet ſibi ſubditus
Eius appetitus
Et dominatur ei/ q̧ ſi nequit
Haud ream putato

¶ Proſa tertia ſecun

di li. ¶ Monicus. .b.

Miſeret me mei vehemẽter meiq̧
ſimiliũ crede volucer dũ iſta per
pendo. videns iniq̃tatẽ ⁊ cõtra
dictionẽ in hoĩm ciuitate. vel regno ſpũali
vbi ſumma tranquillitas ee̅ debuerat/ vbi
par erat volũtatẽ quãlibet inferiorẽ parere
ſupiori/ ſꝫ hoc euerſo turbatoq̧ ordine vt
pax abſcedat neceſſe ẽ. nã pax q̃d aliud eſt
q̧ ordinis trãquillitas in imꝑando ⁊ obe
diẽdo. ¶ Volucer. Obedit monice ſi va
lidũ fuerit. ſi viuax ⁊ efficax imperiũ/ cuiuſ
modi viuacitatẽ/ grã virtutesq̧ cõferunt

ꝑcipue iugis exercitatio volūtatis ſupiorꝫ
vt ad diuinā ſe ↄuertat videat. obſeruet in
hereat. Ita ei fiet vt ipa roboreť/ ⁊ debilite
tur inferioꝛ ī tractu ſuo. aptioꝛ effecta ſuſci
pere formā vel influxū ſeu virtutē a ſupio/
ri deriuatā. Imitād⁹ ē ihs fact⁹ nobis a do
ſapia. q̄ ſuſcepit ⁊ oſ̄dit in ſe q̄d agere de/
beam⁹. In q̄ p̄ter volūtatē diuinā (erat enī
de⁹) triplex quā dixim⁹ volūtas inuēta eſt.
Voluit ſm̄ primā aſſidue q̄cq̄d de⁹ voluit
laudās ⁊ approbās ordinem diuine ſapīe
bonitatis/ ⁊ iuſticie/ in oībꝫ q̄cūqꝫ voluit ⁊
fecit in celo ꝑ ſaluatōez. in oībꝫ abyſſis per
dānatōez. in terra ⁊ in mari ꝑ quādā ſaluā
doꝝ ⁊ dānādoꝝ variā agitatōez. Nos ita/
qꝫ ihm ſm̄ hāc volūtatē debem⁹ imitari. et
ſi nō vſq̄quaqꝫ poſſim⁹ ex equo/ dū hic vi/
uim⁹/ qñ nōdū ↄfirmati ſum⁹. qñ ꝑ alterā
ſecūdaꝝ volūtatū diſtrahi pōt in nobis h̄
volūtas ⁊ turbari. imo ⁊ ab actu ſuo peni/
tus impediri/ ſicut ⁊ iudiciū ſupioris rōis
ſm̄ qd̄ dirigiť/ pōt abſorberi. Sec⁹ in xp̄o
ſicut in beatis. qꝛ ſm̄ hāc portōem beatus
fuit in via xp̄s. Nihilomin⁹ h̄ voluntas in
xp̄o voluit vt inferioꝛ duplex volūtas age
ret mot⁹ ſuos in oībꝫ abſqꝫ pctō. hic doluit
hinc triſtis ⁊ meſt⁹ fuit. hic orauit. hic miſe
ricordia mot⁹ eſt ſup turbas ⁊ egrotos. hic
lacrimat⁹ eſt. hinc ↄqueſt⁹ eſt/ tāqꝫ ſenſuali
tatis aduocat⁹. de⁹ deus me⁹ vt q̄d dereliq̄/
ſti me/ qñ portio inferioꝛ abſqꝫ vlli⁹ ↄſola/
tionis redundātia ſupioris ad eā/ dimerſa
erat in acerbiſſime paſſionis abyſum. Ne/
mo aūt vnq̄ carnē ſuā odio habuit. Hinc
poſtremo cū clamore valido ⁊ lacrimis do
ſupplicās. expirauit. ¶ Exēplū igiť nobiſ
dedit de⁹ vt queādmodū iuxta hanc dupli
cē volūtatē fecit. ſcd̄m quā erat viatoꝛ. Ita
et nos faciam⁹/ tā ꝑ nobis qꝫ ꝑ fratribꝫ plo
rem⁹. orem⁹. triſtes ſim⁹. et clamem⁹/ qꝛ ſic
eſt volūtas dei cui ſupioꝛ nr̄a volūtas cō/
formis ē/ ſi bona ē. Cōſurgit inde meritū
multiplex ſi nō dimoueť a ſtatōe ſua. h̄ ē ſi
ꝑpter mot⁹ inferiores illi⁹ duplicis volūta/
tis nihil vſpiā malí agit qd̄ diuine ſit ad/
C uerſū. ¶ Monic⁹. Sed q̄d aget paup/
cul⁹ ⁊ infelix viatoꝛ venūdat⁹ ſub pctō ſen/
tiēs cū apl'o aliā legē in mēbris ſuis repu/
gnātē legi mētis ſue/ ⁊ captiuātē ſub pctō/
q̄lē phi expti ſūt. Quis ei viuēs expſ ēē pc
ſꝫ origīalis cā tāte corruptōis fuit eis inco
gnita quā theologia ꝛuelauit. Nōne dū ſco
nať anim⁹ aſſurgere ilico q̄ſi paralyſi diſſo

lut⁹ aut debilitat⁹ coluber relabiť. Ve nob̄
viatoribꝫ q̄s fatigat ⁊ ſepi⁹ inturbat volū
tas īferioris rōis. enitēs ad ſe trahere ſupi
orē rectricē volūtatē/ pōdere ꝗui fomitꝫ ori
ginalis/ ꝗuiori pcti actualis/ ꝗuiſſimo iue
terate ↄſuetudīs. ⁊ ſup oēm modū ingenti
mole obduratōis/ q̄lit ī xp̄o nec fuit nec ēē
potuit. nec ſilr̄ ē in btīs. ¶ Volucer. Ex
clamem⁹ monice cū apl'o. Infelis ego hō
q̄s me liberabit de corpe mortis h⁹. Sub
inde rūdeam⁹. Grā dei ꝑ ihm xp̄m. Dicā⁹
eidē. fiat nob̄ dn̄e ſm̄ iudiciū atꝫ deſideriū
nō inferioris ſꝫ ſupioris rōis atqꝫ volūta/
tis. fiat ī nob̄ ſicut ī celo fit vbi mot⁹ regl'a/
ris primi mobilis tāqꝫ rōnalis/ tpat obui
as reuolutōes orbiū īferioꝝ ſiue planetaꝝ.
Porro ↄnitamur vt poſſum⁹ retinētes ſal
tē in ſuſpēſo q̄dā/ liberū arbitriū ne pcipitā
ter eliciat actum ſuū qm̄ ī hac vi ſuſpēſiua
(ſit velle ſit nolle ſit act⁹ medius) ſaluať pci
pue libertas arbitriȷ ⁊ ſua ī nobis vtilitas:
Alioq̄n ſine ſuſpēſiōe tali vel reniſu volū/
tas īferioꝛ fortificaťaſſidue. rebellioꝛ q̄ꝫ ⁊ ī
domabilioꝛ efficiť/ vſqꝫ adeo qꝫ ſilis fit iu/
mētis inſipiētibꝫ q̄ carēt arbitriȷ volūtate
ſupma. imo ꝟo plurimū differt. qꝛ ſubſter
nit ⁊ ſuire facit ſue libidini dn̄ā ꝫ volūtatē
deterioꝛ effecta brutꝫ. q̄ ſeuiſſima ē iniuſti/
cia ferēs arma. ¶ Omittam⁹ eos q̄s ad hāc
ſuitutē malicia ptrahit. loq̄mur illos q̄ iu
diciū rōis (q̄ libertas radicať) vl' nullū hn̄t
vt infātes ⁊ fatui. vel impfectū vt pueri vel
īualidū vt femie. nāqꝫ variū ⁊ mutabile ſp
femia. Qd̄ ſi cā cogſciť cur pueroꝝ ſit imp
fectū ⁊ mulierū īualidū iudiciū. Credi nō
pōt quātā turbā hm̄ōi pueroꝝ ⁊ puellarū
inť barbaros hoīes experimur. Multi mul
ta ſup hac re locuti ſunt. aſtrologi. medici.
phi. ⁊ hi vario mō. poete. magici. ꝓphe falſi
vel idolatre. Propheta ver⁹ tandē dixit de
deo. Qui finxit ſigillati corda coꝝ. q̄ intel
ligit oīa opa coꝝ. Et ſapiēs. Coꝛ regis in
manu dei ē q̄cūqꝫ voluerit/ declinabit illd̄
Qui ſm̄ apl'm. Cui⁹ vult miſereť. ⁊ quem
vult indurat. Theologia ꝟo recipiēs ex oī
bus prioꝝ dictis id qd̄ ꝓbabili⁹ ē. ⁊ impro
babilia reijciēs/ ↄflat ⁊ colligit ꝑ ſtatu vie
⁊ nature deſtitute cām talē. ¶ Itaqꝫ ſic aīa
rōnalis depēdet a corpali diſpoſitōe vel ar D
monia. nō q̄dē in ēē cū ſit īmaterial' ⁊ īmor
talis. ſed in opari in corpe. Ita ſm̄ varias
opatōes ſuas pſupponit ⁊ req̄rit diuerſas
diſpoſitiones armonicas. vnā habet vt in

formet ⁊ ſuſtẽtet corpus. alterã vt vegetet ⁊
augeat. alterã vt moueat ⁊ ſenſificet. Et h̄
quidẽ nõ vno mõ ſicut nec vnus ẽ tm̄ ſen
ſus carnis/ſed ẽ exterior ⁊ ẽ interior multi
plex. q̄s inter armonias nõ dubiũ q̄n ꝑmã
in ꝑfectõe ſcðã excedat. ſcðã tertia. ⁊ ita de
reliq̄s. Neq̄ꝫ negat aliq̄s q̄n ĩ ꝑdictis opa/
tionib⁹ vtat̄ ⁊ egeat aĩa rationalis organo
corporeo ſicut eſt forma corpis organici
phyſici hoĩeꝫ in eẽ ꝯſtitues. ¶ Verũ ſup/
eſt alia ꝑfectior opatio ratõnalis aĩe ſupra
brutales. in q̄ ꝯuenit cũ angelis quã opa/
tionẽ dicimus intellectualẽ. In q̄ radicat̄
libertas arbitrij q̄ libertas ẽ facultas ratio
nis ⁊ volũtatis. q꞉ nec volũtas ſine ratõne
eligeret. nec ratio ſine volũtate vellet. liber
tas idcirco ꝯplectit̄ vtrãq̄ꝫ vim. Rurſus h̄
opatio intellectualis q̄uis in ſe non ſit or
ganica. ꝑſupponit tm̄ diſpoſitionẽ organi
cam in ſenſib⁹ ꝑſertim interiorib⁹ ꝑfectio/
rẽ lucidiorẽ ⁊ quietiorẽ q̄ꝫ aliqua ſit aliaꝝ.
oẽm eni intelligentẽ ſicut dicit areſto. ne/
ceſſe ẽ fantaſmata ſpeculari. Quãuis Aui
cẽ. ⁊ Algazel cũ ſimilib⁹ tradiderint intelle
ctũ deſup illuſtratõẽs ab intelligẽtijs ſine
ſenſu ꝑuio vel inſpectõe fantaſmatũ poſſe
ſuſcipe/hinc ꝓphetias ⁊ diuinatõẽs tã ĩ vi
gilia q̄ꝫ in ſomnijs ſaluare nitũt̄/ſicut aliq̄
tradiderũt fantaſias oẽs brutoꝝ ⁊ hoĩm a
celeſtib⁹ corporib⁹ exoriri. longũ vero ꝑſeq̄
eſſet opiones ſingulas. Redeam⁹ ad ꝯpen
diũ. ⁊ dicam⁹ vt cepim⁹ q꞉ intelligẽdo pri/
mitus ⁊ ſpẽs intelligibiles eliciẽdo/neceſ/
ſe ẽ fantaſmata ſpeculari. nõ certe q̄liacũq̄ꝫ
ſꝫ ordinata pura ⁊ lucida/ſi liberꝝ arbitriũ
debeat eſſe ꝑfectũ ſtabile ⁊ integrũ. Cũ aũt
mille modis imo innumeris ꝯtingit iſtaꝫ
quã vſus liberi arbitrij ꝑreq̄rit armonicã
diſpoſitõeꝫ nũc totalit̄ impediri/vt ĩ infan
tib⁹/⁊ fatuis/ebrijs/ ⁊ amẽtib⁹ multis. nũc
imꝑfectã hr̄i vt ĩ pueris. nũc inſtabilẽ ⁊ va
riã vt in femis ⁊ in oĩb⁹ generalit̄ q̄ varijs
paſſionib⁹ affecti ſũt. tandẽ integra vix ha
bet̄ hmõi diſpoſitõ ad queq̄ꝫ intelligibilia
ꝓpt̄ defectũ ꝯſurgẽtẽ ex naturali vel accidẽ
tali ꝯplexiõe. Quo fit vt diuerſi vigeãt vſu
liberi arbitrij. q̄dã ĩ iſtis alteri ĩ alijs. ⁊ neq̄
q̄ꝫ in vtriſq̄ꝫ. Quid dicim⁹ ꝺ diuerſis hoĩb⁹
cũ varietatẽ iſtã diuerſis tꝑib⁹. imo eodem
die ⁊ fere de momẽto ĩ momẽtũ cog̃ſcat hõ
q̄ ſe diſcuſſerit acriter/in ſeipo/dũ famelic⁹
aliter iudicat q̄ꝫ replet⁹. ſobri⁹ q̄ꝫ ebri⁹. mã/
ſuet⁹ q̄ꝫ ira ſuccẽſus. vigil q̄ꝫ ſomniculoſus

amãs q̄ꝫ ĩuid⁹. ꝯtinẽs q̄ꝫ libidĩe ſtimulat⁹.
hũiliat⁹ q̄ꝫ exaltat⁹. Et ita ꝺ reliq̄s ſine nũe
ro. Neq̄ꝫ tm̄ adhuc attigim⁹ melãcolicas fã
taſias q̄s infinitas medici tradũt ex hũoꝝ
corruptõe varia generatas. formata ei grã
exẽpli/fãtaſia fumis groſſis obtenebrata/
fãtaſmata t̃roris ⁊ horroꝝ/ſic puer ſol⁹ ĩ te
nebris inde clamãs ⁊ fugiẽs. Qua ex re ſp
triſtes ſũt aliq̄. aliq̄ e diuerſo iocularit̄ leti.

## ¶ Tertiũ metrũ ſecũ/di. dactilicũ pẽtametꝝ ſaphicũ.

Splendidi ſolis radij vidẽdos
Exhibent ſeſe tuitu fideli
Dum ſerenus ſit medioq̄ꝫ purus
Aer. imo perſpicuo refulgens.
¶ Guttule roris/pluuie ve denſe
Rarus aut nimbus vel opaca nubes
Pendulum ſi ſe per inane librant
Frangitur circa radius cathecum
Viſibus falſas tribuit figuras
Mille portendens oculis colores
Iridis micans pluuioſus arcus.
Halo lunaris/varia vel ortu
Sol vel occaſu ſpecie niteſcens.
¶ Par in obiectis ſpeculis videre
In quibus diſtant color et figura
Pro ſitu tali variaq̄ꝫ forma.
¶ Eſt agens virtus anime ſuprema
Que reluceſcit radians in ima
Parte paſſiua/ſpecies in actuꝫ
Efficax ducit: ſed ſpeculatur
Per prius groſſi ſimulacra ſenſus
Spiritus que fert cerebri medullis
Cum quibus fumos recipi putato
Hos vagos/turpes/fetidos/⁊ atros/
Alteris mulcens nitor eſt ⁊ ordo
Dulcer/aptatus numero placenti
¶ En habes cauſas ſapienter aptes
Cur ſit eluſus rationis vſus
Arbitrans plene nec ineſt facultas.

## ¶ Proſa quarta ſecũdi. ¶ Monicus.

Intelligo voluter q̄ꝫ late pateat iſta
de fãtaſijs cordis/ꝺ fallacib⁹ iudi
cijs aĩe ꝑſcrutatio ſꝫm quaꝫ memiſſe dꝫ hõ
fragilitatꝭ ⁊ imꝑfectõis ſue. Nã q̄liter inue
niet̄ aliq̄s q̄ ꝑ̄actis incõmodis vel in aliq̄
nõ ſit obnoxi⁹/ſꝫ queãdmodũ ꝺ vicijs ora
tius dic̄. Optimus ille ẽ q̄ minimis vrgetur
iraſcib ille dicẽdus ẽ q̄ nõ vltra cõeꝫ hoĩm
modũ/melãcolicꝭ fantaſijs irretit̄. Redeat

vero ſermo nr̃ vñ ſumpſit exordiũ vt cõſo
F nus ſibi fiat. ¶ Volucer. Redeat volo:
p̃miſim⁹ q̃dẽ inueſtigãdo ꝯſolatõez aduc/
ne nr̃i ſup ꝯtritõne gẽtis ſue/ ꝙ eũ theolo/
gia ad ꝯformãdũ volũtatẽ ſuã diuie volũ/
tati primit⁹ anhelat. Ita eni habitur⁹ erat
cor rectũ/ ac ꝑinde letũ/ pacificũ/ ⁊ trãq̃llũ.
Sed qm̃ de q̃ volũtate ſmo fieret ignora
ri poterat/ diſtinctõ trimẽbris de volũtate
ſubiũcta ẽ. Reddita ꝑinde rõ cur in volun
tate ꝑpedit libertas arbitrij/ q̃ facili⁹ appa/
reret q̃liter adiuuat. ¶ Progrediẽtes igit
dicam⁹ ꝙ intellect⁹ poſtq̃ inſpexerit fantaſ
mata/ põt inde ſpẽs intelligibiles elicere.
denudãdo quodãmõ eas a naturali ꝯditõ
ne ⁊ ĩ eis effodiẽs agalma ſpũale/ h̃ ẽ ſimu
lacrũ vel ꝯceptũ nũc vlẽm nũc ſpecificũ. q̃
facto intellect⁹ talit actuat⁹ iã põt rõcinari
nõ ĩſpecto fãtaſmate/ iã ſilogiſat. diſcurrit.
Regulas artiũ ſibi format generales ⁊ in/
fallibiles ad exẽplar artis p̃ric. Neq̃ negã
da ẽ hec vis intellectiua. cũ ꝺ ꝟtute eſtima
tiua fateamur ꝙ ex ſenſatis elicit ſpẽs iſen/
ſatas/ vt ouis inimicitiã ex figura lupi. At
vero dũ ſemel actuata fuerit ꝑ fantaſmata
ortũ hñtia ex aliq̃ ſenſuũ exterior̃/ iaʒ põt
alia ſibi formare tal' generis ĩ ſõno vl' vigi
lia. alit nõ. Cui⁹ ſignũ ẽ ꝙ a natura ceci nõ
ſomniãt neq̃ fantaſiãt de coloribꝫ. neq̃ de
eis ſciaʒ hñt vllã. ¶ Deniq̃ ꝑ ꝯtẽplatõʒ vt
alibi dicẽdũ ẽ veit mẽſ ad itelligẽtiã purã ⁊
ſimplicẽ ſine motu l' diſcurſu ad exẽplar. lʒ
impfectũ valde ſimplicis itelligẽtie diuine q̃
vnico ꝯtẽplat ituitu pñtia p̃terita ⁊ futura
et inſtar cẽtri itelligibil' ſtabil' manẽs dat
cũcta moueri. ſic vnica ⁊ iuariata reſpicit ⁊
intelligit oĩa q̃ motui ſubiecta ſũt. Ad hũc
ſtatũ theologia ſuadet aſpirare cui q̃nto ꝑ
ꝓximior tãto ſublimior ⁊ liberior ẽ volũtas
q̃ velut ex alto iubet ⁊ impat ſenſuali volũ
tati. ꝓpt c⁹ tractũ ſic nec ꝓpt motũ naturalis
appetit⁹ ñ deſerit locũ ſuũ q̃ adheret deo po
nẽs ĩ eo ſpeʒ ſuã fidẽ atq̃ dilectõʒ. Quõ ſi iu
xta ſapiẽtis ꝟbũ ſic pturiẽtis cor ſuũ fan/
taſias patit vt fit ĩ ſenſualitate ñ dat ill' cor
ſuũ itellectuale/ niſi ab alto imiſſa fuerit vi
ſitatõ ſm quã regit. agit atq̃ dirigit. ñ q̃dẽ
fatali neceſſitate ſeu fluctuatione fortuita.
G ¶ Colligim⁹ ẽi ex imẽſa diue ꝯgnitõis vi
uacitate lõge ſup nr̃m cogſcẽdi modũ ſil' ⁊
ex volũtatis libertate ꝙ apd̃ eã nihil ẽ for/
tuitũ. nihil cauſale. nihil inſup ad extra ne
ceſſariũ vl' fatale. Rõ primi ẽ qm̃ nihil agit
in mdõ/ q̃n ab eterno ꝓuiderit illd̃ de⁹ cũ to/
ta ſerie cãr̃ etiã mĩmar̃. Sec⁹ apud hoĩes
p̃t q̃r̃ intẽtõʒ ꝓdeũt effect⁹ ex variar̃ igta/
rũq̃ eis cãr̃ ꝯcurſu/ queãdmod̃ videre ẽ ĩ
inuẽtõe theſauri dũ terra fodit vt excolat ñ
vt aur̃ inueniat. Hic ortũ habuit fortaſſis
illd̃ ariſ. ꝙ vbi magis ẽ ꝺ itellectu ibi mi⁹ ꝺ
fortũa. Recte q̃dẽ a deo vbi totũ ẽ p̃itellectũ
nihil ẽ fortuitũ. Si ꝟo fortunã q̃s transfe
rat ad cãʒ ꝓducẽtẽ effect⁹ q̃ dicũt ĩ ordie ad
nos fortuiti. ſic primã cãʒ dicere poſſum⁹
eẽ fortunã qm̃ principalr ⁊ imediate ꝯcur
rit ad oẽʒ effectũ. Dediſſʒ h̃ mõ virgili⁹ ve
rũ epitetõ fortune dicẽs. fortuna oĩpotẽs.
⁊ Saluſti⁹. Sʒ pfecto inq̃t fortuna ĩ oĩ
re dñat. Ceter̃ ꝺ fati nccitate liq̃t ex p̃miſ
ſis ꝙ nihil ĩ rebꝫ creatis tale ſit facta ad pri
mã cãʒ ꝯpatõe q̃ nulla actõis nccitate con
ſtrigit/ neq̃ reſpectu celi neq̃ r̃ſpectu terre
⁊ oĩm q̃ ĩ eis ſũt. Coagit tñ differẽter ĩ actõ
nibꝫ q̃ dicũt naturales/ q̃bꝫ ñ ẽ ãnexa rõ ꝓ/
pria. nec ex ꝯñti vllã hñt libertatẽ ſeu ꝯtin
gẽtiã ĩ agẽdo ex p̃ricipijs ſuis itriſec'. Ali/
ter ĩ hñtibꝫ ꝯiũctã rõeʒ q̃bꝫ itriſeca facultaſ
eſt volẽdi vl' nolẽdi ſm iudiciũ ꝓprie rõis.
Nihilomin⁹ ſi ad primã cãʒ naturalr agẽ/
tia retuler', illa ñ neceſſario ſʒ ꝯtigẽter effi/
ciũt mot⁹ ſuos. hoc ĩ miracul' fact' circa ſo/
lẽ. circa ignẽ. circa mare ⁊ beſtias pſpicuũ
fidelibꝫ ẽ. Dat itaq̃ regl'a ꝙ ĩ oĩ ꝓductõe ſi
ꝯcurrit aliq̃ cã libere ꝯtingẽter agẽs q̃tq̃t
fuerit naturalr coagẽtes effect⁹ ille cõtingẽ
ter ꝓducit. Qua ĩ re pʒ ꝙ act⁹ elicit⁹ create
volũtat' ſortit cõtingẽtiã ex duplici radice
ex ſua itriſeca ⁊ ex ſupiore diua. ¶ Monic⁹. H
Cãʒ nõ inueio volucer his q̃ dicta ſunt re
pugnãdi/ neq̃ alit phie ꝟba loquẽt' apud
boetiũ ꝺ fatali nccitate r̃cipiẽda puto. ſcis
atñ cõturbari nõnullos apd̃ q̃s de⁹ ita cõ/
ſiderat tãq̃ rex ſupm⁹ q̃ vnico ſel' impio cõ
ſtituerit vniuerſũ mdm/ dãs vnicuiq̃ reip
priũ officiũ queãdmodũ terren⁹ rex iſtituit
vl' exercitũ ſuũ vl' curiã iudicior̃ ⁊ legũ aut
artifex aliqd̃ horologiũ. Ipe vero deiceps
manet q̃et⁹ neq̃ ſolicit⁹ ꝑ ſingl'a. Nitũt hãc
eſtimatõʒ ſuã fulcire ꝑ vulgatũ illud aug.
verbũ. De⁹ ſic res admiſtrat vt eas ꝓprios
mot⁹ agere ſinat q̃ ⁊ ꝓphetico ore dixit. ego
ſũ de⁹ ⁊ ñ mutor. ¶ Volucer. Ita ẽ moni
ce redeũt tales ad ſupi⁹ ĩpbatã philoſophã
tiũ opiõnẽ quã iſectãt mlt̃i ſecularium lr̃arũ
ac exiſtimatio vulgariũ/ quorum videbis
aliquos ſi ad ſcripturaʒ ſacrã ſe conuerte/
rint nihilipẽdere aut irridere ſimplicitatẽ
ei⁹. eo ꝙ maxia ꝑs cõtexit hiſtorijs. habe/

m⁹ inquiũt aliũde narratões hiſtoricas. q̄ et ſtili ſplẽdore ⁊ rerũ geſtarũ magnitudie nõ inferiores exiſtũt. Textũ h̄ inteſt q̄m hiſtorias h̄z ſcriptura ſacra put ĩ eis ꝯtẽta reuelauit de⁹ ꝑ ꝓphetas. lõge pri⁹ anteq̄ꝫ fie rẽt. Et q̄bꝫ pulcerrime ac ſaluberrime veri tates eluceſcũt ¶ Eluceſcit p̄rio diuia oĩm p̄cognitõ ſimul ⁊ ꝓuidẽtia regitiua oĩm q̄ gerũt tã in celo q̄ꝫ ĩ terra. q̄ volũtati ſue ſer-uire facit vniuerſa. nũc ꝑ bonos nũc ꝑ ma los aduerſus quã nõ eſt ſapia neq̄ꝫ ꝯſiliuꝫ adeo q̄ hoĩes vel demões implẽt p̄diſpoſi tionẽ reuelatã dei. dũ conãt illã vel effuge-re vel fruſtrare. Sũt in exẽplũ vendit⁹ Jo ſeph/ ⁊ expoſit⁹ cũ aliĩs infãtibꝫ ĩ aq̄s moy-ſes/ ⁊ dauid a ſaule pſecut⁹. cũ ceteris abſq̄ꝫ nũero ¶ Eluceſcit p̄terea q̄ p̄nũciatões dei facte ꝑ ꝓphas vel ſcripturã. ꝯditõeꝫ ſe-pe recipiũt lꝫ expſſa nõ ſit ſᷓm varietatẽ me ritoꝝ vel demeritoꝝ apud illos q̄bꝫ vel ꝓ quibꝫ hmõi p̄nũciatões fiũt. Hoc de iona reſpectu niniuitaꝝ. Hoc de iſaia reſpectu ezechie. ⁊ ita de reliq̄s liquet. Relinquit̃ id circo ſꝑ hoĩbꝫ dũ viatores ſũt p̄nie locus ⁊ pie orõis atq̄ꝫ ꝯuerſionis effect⁹ nec ex im-mutabilitate dei vel p̄nũciatõis ſue deſpa tioni loc⁹ dat̃. ¶ Eluceſcit ampli⁹ nõ eẽ ſer uiendũ deo ꝓ ſola ꝓſperitatis adeptõe vel aduerſitatis euitatõe tp̄ali/ q̄ veritas ĩ euã gelio manifeſti⁹ tradita ẽ/ q̄ꝫ lex antiq̄ tp̄a-lia ꝯmoda vl' incõmoda rememorãs expo neret. Eſt eq̄dẽ p̄miũ p̄ſtanti⁹ merito nihil aũt tp̄ale p̄ſtãti⁹ ẽ virtute. Sꝫ neq̄ꝫ cũ ſtoy cis dicere ſatis ẽ virtutẽ eſſe p̄miũ ſui ſicut viciũ ſeip̄m penã h̄ꝫ. Allicie͂di fuerũt hoĩeſ ad laborioſa ꝟtutũ opa ⁊ a ſuis voluptati b⁹ vicioſis arcẽdi ꝑ ſeꝑatũ aliq̄d mai⁹ tã p̄-miũ q̄ꝫ ſuppliciũ. Ad q̄d phia q̄ꝛ ꝑtingere nõ potuit h̄ deficit cũ ſua ꝯſolatõe deficiũt et illi q̄ volẽtes ſuis exhortatõnibꝫ vel p̄di catõnibꝫ bñ inſtituere ad amorẽ dei ꝓmit-tũt ꝓ illo q̄ſi ꝯmutatõeꝫ quãdã/ bona tp̄a-lia vt diuitias/ vt ſanitatẽ/ vt plẽ egregiã/ aut aliq̄d ſimiliũ. Sic ei ⁊ cortex lr̃e veteꝝ p̄cẽdebat. q̄ꝫuis int⁹ ꝓphetici ⁊ eleuati viri ſpũalia ſub his tp̄alibꝫ ꝓmiſſionibꝫ obũ-brata ꝯcipent ⁊ guſtarẽt/ ſꝫ de h̄ lati⁹ infra.

J· ¶ Eluceſcit poſtremo ex hac diuĩe volun tatis ad vtrũlibꝫ actõe extra ſe liberrima q̄ ſolo nutu tp̄at orbẽ/ q̄ orões ſpeſq̄ꝫ nr̃e di rigũt̃ nõ inanit' ad deũ q̄ꝫuis imutabilẽ q̄ꝛ cetera oĩa mutare ſcit ⁊ põt dũ vult. Et h̄ ẽ general' mot⁹ iſti⁹ oĩm creature quẽ obediẽ tialẽ noĩare poſſum⁹/ vt ei⁹ ſeq̄t̃ impiũ quẽ admodũ de aſcẽſu g̃uis ne vacuũ fiat dici ſolet. Et p̄fecto ſi de⁹ ſinat res agere ꝓprios mot⁹. ꝯñs ẽ vt eos poſſit vel impedire vel mutare. Alioq̄n nõ iã res ſineret/ ſꝫ agerẽt vellet nollet. Quinetiã miſtratio nõne re-ponit̃ in ordĩe cãꝝ q̄s ab initio de⁹ iſtituit ꝓpri⁹ aũt mot⁹ angeloꝝ liber eſt in agẽdo. Proinde ſic̃ ſpũalia potiora ſũt tp̄alibꝫ tã q̄ꝫ illoꝝ finis. ita fit ĩ tp̄alibꝫ mutatio/ put exigit gratuitũ regimẽ ſpũaliũ/ p̄ſertĩ ad fi-nẽ eterne beatitudis ꝯſequẽdũ. In hac ãt regiõe vl' ordĩe ſpũaliũ reponũt̃ diuia cariſ mata/ p̄cipue fides ſpes ⁊ caritas/ q̄bꝫ mo-t⁹ idit⁹ ⁊ q̄ſi ꝓpri⁹ ẽ ĩpetrare miracl'a dũ expe dit/ vt q̄ ĩ aq̄s validis t̃ra appareat arida ĩ medio fornac̃ ardẽtis ſit vẽt⁹ roris/ q̄ mõ tes trãfferãt̃ q̄d lõge mai⁹ optabili⁹ q̄ꝫ ẽ fit ꝑ iſtas ꝟtutes ⁊ orõeꝫ eis ſubnixã/ vt expe ditũ ſit ⁊ alacre libeꝝ arbitriũ volũtatꝭ hũa ne/ ad dirigẽdũ pedes ſue affectõis ⁊ itẽtõ nis/ ĩ viã pacꝭ ⁊ ſalutꝭ. Ad ꝯformãdũ p̄cea diuĩe volũtati ſuã eideq̄ꝫ p̄ſus inniti dicẽ do cũ ꝓpha. Ut iumẽtũ fact⁹ ſum apd̄ te/ ⁊ ego ſꝑ tecũ. tenuiſti manũ dexterã meã. ⁊ ĩ volũtate tua deduxiſti me Uñ libꝫ collocu tioni diei p̄ñtis terminũ dare ſub h̄ metro

## ¶ Quartũ metrũ ⁊ vl

ti. ſe. ꝯcordat metro. ĳ. h⁹ li. Quot ſubiecta

Luminis orbus ſubſidium ſibi
l Querit a vidente
Cui plus nitit̃ vt magis audiẏt
Imminens periclum
¶ Patrem dum cecidit puer aſpicit
Ac ei manum dat
Scit quia non valet ex ſe ſurgere
Querit hinc iuuamen
¶ Ulnere fractus qui medicamina
Nouit/ hunc requirit
Potat amaris. vrit ⁊ ignibus.
Huic obedit vltro.
¶ Litibus implicitus ſibi querere
Iure vult peritum
Dictaq̄ꝫ nec refugit ſua credere
Conſcius ſuimet
¶ Cur igitur ceci/ pueri quoq̄ꝫ
Saucĳq̄ꝫ valde/
Iuris ⁊ ignari. nos tradere
Non cito velimus
Xp̄e tibi. qui rite ꝑ omnia
Uis opem referre.
Quo ſine nulla valent diſcrimina

Vi vel arte pelli.
Huc petim⁹ quo vis/mora nulla ſit.
Ibit alacris mens.
Si caro tardat/per q̃ pericula
Cuncta te ſequetur.
Grata. nec inualido cum murmure
Perget aut trahetur.
Cur peccata ſciẽs cumulet noua
Dum licet mereri.

Explicit liber ſcđus.

# Incipit liber terti⁹

Proſa prima. Monicus:

·K· Auſum volucer deſiderans
rurſus ex te audire verbũ ſu/
per cõſolatione peregrini. ſo/
licitam enĩ ſuper hoc auidita
tem/ex puigili cordis mei cu
ra/que te loco tempore q̃ preuenit/intelli/
gis. Volucer. Spes vt dixi monice
ſolatur eum/cõfugens ad deum tanq̃ ad
thronũ gratie. ad templũ ⁊ aram miſericor
die. ad arcam federis. ad libertatis aſilum.
ad firmã petram. ⁊ ſolidũ littus. A natura
ſiquidem ita videmus inſtitutum vt debi
lior innitat̃ fortiori. ſicut vitis vlmo. edera
quercui. naufragus tabule/ puerulus ma/
tri. Solatur ip̃m preterea ſcriptura ſacra/
reuelans decurſum mundani regiminis/
a prima volũtate liberrima/cui noſtra cõ/
formis eſſe debet. Queadmodũ vero per
ſpem vis iraſcibilis. ſic per hmõi confor/
mitatẽ rationalis ordinat̃/ et ex cõſequen/
ti cõcupiſcibilis/dum ita fuerit cõformis
et ſubdita q̃ ipſius ⁊ dei ſit vnum velle et
vnũ nolle/quod amicicie ꝓpriũ eſt. Vi/
dens aũt q̃ iraſcibilis ꝑ impatientiã con/
turbat̃. ⁊ per ignorantiã ſeducit̃ rationalis
Deinceps igitur ꝯplebit̃ ſermo ſuꝑ impe
dimentis hmõi tollendis/primũ ꝑ patien
tiam. alterũ per doctinã/ vbi nõnulla que
in prioribꝫ dici potuerãt/inſerent̃. Mo
nicus. Placet qđ dicis q̃m et dictoꝝ re/
cordationẽ ſummariã/⁊ dicendoꝝ lucidũ
ordinẽ tradis. Volucer. Locutur⁹ er/
go de ꝯſolatione ꝑ patientiã recte mihi vi
deor id agere ſi de moderamine zeli incho
auero. habet itaq̃ zelus inter paſſiones ve
hemẽtiã multã. Audi ſapiẽtẽ Dura ſicut i
fern⁹ emulatio. Prefert inſuꝑ ſibi ſpẽm iu
ſticie q̃ ſit efficacior ad nocendũ dũ deuiat
Quid enĩ efficacius ad nocendũ q̃ fami/
liaris inimicus. ⁊ q̃ demoniũ meridianũ/
quod in angeluꝫ lucis ſe tranſfert. Por ·Z·
ro zelus et ſi q̃nq̃ ſignificat inuidiã. q̃nq̃
odium. aliquãdo imitationeꝫ. vtemur hic
zelo put eſt deſideriuꝫ vehemẽs quo quis
incitat̃ ea tollere que rei ſibi dilecte viden/
tur aduerſa. Sic homo zelat pro vxore/ne
mechus abutatur ea/et hinc zelotypia. ma
ter pro filia ne violetur. iuſtus ꝑ domo dei
volens ab ea tollere quicquid viderit ſcan
daloꝝ. Unde iſtud eſt. zelus dom⁹ tue co/
medit me. Cuius recordati ſunt diſcipuli
chriſti/dum ejceret vendentes ⁊ ementes
de templo ſeu domo dei. Zelũ hũc vltimũ
laudauit qui dixit nullũ eſſe deo accepti⁹
ſacrificiũ q̃ zelũ animaꝝ. vere quidẽ ſi co/
mitetur ip̃m beniuolentia/diſcretio/⁊ con
ſtantia. que tria ſi deſerat aut contẽnat ze/
lus. recte ꝯpaueris ip̃m gladio bicipiti in
manu furioſi: igni rurſus et fulmini ſine
obice puaganti.

## Primũ metrũ ter/
tij monocolon choriambicũ aſclepiadeuꝫ
currẽs cũ p̃io carmĩe Horacij Mecenas
atauis edite regibꝫ.

Ngẽs flãma rapax libera ſi manet
Mox ſup̃ma dom⁹ puolitãs vorat
Quo pl⁹ abſq̃ mõ torrida cãduit.
Eſtas/fulguribus crebrius emicat
Eliſus q̃ vapor diſſipat infima:
Eſt igni ſimilis zelus/et eſtuat
Intus cor ſtimulans. quo vehemẽtior
Incumbit cohibe/fac teneat modum:
Collidunt in eo ſe pariter duo
Affectus/nimiũ ſingulus improbꝫ:
Hinc impellit amor hinc furit odium.
Zelus nam quia rem diligit ⁊ colit
Ledi non patitur/protinus incitus
Ira corripitur/recta nec inſpicit.
Odit/perſequitur/nec requiem capit.
Fingit iuſticiam/tendit in ardua
Supra poſſe ferox frangitur ⁊ ruit
Secum multa trahens que pereũt ſimul:

## Secũda proſa ter/
tij. Monicus.

Onne zel⁹ excuſat̃ o volucer ꝓpt ·N·
itẽtõꝫ boni finis/etiãſi leſerit vt
duꝫ vult tollere ſcãdala a domo
dei/ſatagẽs ab hoibꝫ vel hereſes corrigi vł
ſymoniã abijci. vł tyrãnidẽ ꝯpeſci. nõne ſuf
fragat̃ ſibi v̄bũ xp̃i Si ocul⁹ tu⁹ q̃ ẽ intẽtio
fuerit ſimplex to. cor. tu. lu. erit. Volucer.